DVBITARE ambigere ac sibi non liquere deos esse aut non esse ordo est: pleriq; dixerunt esse protagoras di/xit se dubitare: protagoras abderites inquit laertius: aut ut heraclides scripsit teius librum sic auspicatus est de diis quidem statuere nequeo: neq; an sint: neq; utrũ nõ sint. sũt enim plurima quæ id sciue prohibent quoniã & sum/ma rei obscuritas: & breuis hominis uita: tali exordio offensi athenienses libros protagore in foro cremauerunt: uoce pconis undiq; conquisitos. OMNINO prorsus ac penitus enuntiarũt nullos esse deos. MELIVS ex me/lo insula una cycladum & urbe eiusdem nominis. Aristophanes in nebulis appellat socratem melium. i. impiũ & melii diagoræ sectatorem: & melicarum gnũ meminit gellius cyrenæ oppidũ aphricæ patria hui⁹ theodori. CAVsam negotium litem: & controuersiam comprehendit. MOliantur parent: efficiant: moueant: agitẽt. VAcent uacui sint: & immunes. DI/iudicatur disceptatur: definitur: & declarat᷑. ERrore tenebris & caligine uitæ. PHYLOsophi epicurus: eiusq; (familie) quæ uana qdã de deo & sensit: & dis/serẽdo delyrauit atq; euomuit: nam deum maximũ optimumq; gratia priuauit & ira. i. beniuolẽtia. be/neficentia: prudentiaq; erga humanũ genus: & iusta sontium punitione quæ ira dei appellatur. Impiam hanc profanamq; sententiam talibus numeris pro/secutus est lucretius. Nec bene pmeritis capitur: nec tangitur ira. PIEtas iustitia erga deum: agnitio sum/mi autoris: & patris: nec non optima uoluntas: & gratus animus erga diuina beneficia: scitas est scia colendi deum & uenerandi: religiosus dicitur cast⁹: obseruãs: cohibens sese certis legib⁹: finibusq;. ITA ea conditione ac lege si adeo cõsiderant᷑: & si bene/ficus est in nos deus: aliter in cassum talia fierent tantum mentis puritate: integritateq;: hoc est enim uerum sacrificium quo summa gaudet bonitas: cum pect⁹ uidelicet generoso honesto incoctum est. PERma/nare defluere aliquod ad nos beneficium & gratia.

QVID est ut quæ causa est ut deos honoremus: & obsecremus si humana non curant ut oscitans epi/curus hallucinatus est & effutiuit: uerbo deos po/nens: re autem e medio tollens: hanc opinionem re/fellens lactãtius dicit: quomodo religio ipsa sine me/tu teneri aut custodiri potest: quod enim nõ metuit᷑ contemnitur quod contemnitur utiq; non coli/tur: ita fit ut religio & maiestas honore & metu con/stent metus: nõ est ubi nullus irascitur: sine igit᷑ gra/tiam deo siue iram: siue utrũq; detraxeris religionẽ tolli necesse est: sine qua uita hominum stultitia: sce/lere: imanitate completur. multũ enĩ refrenat hoies cõsciẽtia si credam⁹ nos in cõspectu dei uiuere: si nõ tãtũ q̃ gerimus: sed etiã cogitam⁹ aut loquimur audiri a deo putem⁹: ubicũq; nobis latẽdi occasio arriserit auferam⁹ aliena si pter leges: nihil est ampli⁹: qd᷑ colẽdũ sit. hæc dũ sentit epicur⁹ religionẽ fundit⁹ delet q̃ sublata pturbatio uitæ seqt᷑. IN spẽ figura forma: & appentia ita dixeri sensus ẽ: ut reliq̃ uirtutes nõ pñt sĩlari: sic nec pietas qm̃ ut alibi dicit Cicero nihil sĩlatũ pt eẽ diuturnũ: & ita oia ficta celeriter tanq̃ flosculi decidũt: & Seneca neronẽ sic monuit. Nemo põt psonã diu ferre fictã: ficta ci/to in naturã suã recidũt: soluto situ ad uirtutẽ accedẽdũ ẽ. PERturbatio puersio actionũ & officiorũ qb⁹ huma/na uita decorat᷑: & mutuis sulcit᷑ bñficiis. CONfusio pmixtio iuris & iniuriæ: ut nullus ordo uitæ remaneat: nul/la lex honestatis. nulla cura decori: sed caligine cũcta obducerent᷑ & ritu ferarũ trãsigeret᷑ uita: si fundamẽtũ uel ma/ximũ reipublicæ religio tollat᷑ e medio. FIdes dictorũ: cõuẽtorũq; cõstãtia firmitas & ueritas. SOcietas: cõiũctio cõitas: amicitia: mutua & charitas bñficiorũ: officiorũq; uicissitudo q̃ hũana societas colligat᷑ & cõtiet᷑. Retinẽdũ ẽ iqt lactãti⁹ oĩ mõ uinculũ societatis hũanæ: q̃a hõ sine hoie nullo mõ põt uiuere: retẽtio aũt societatis ẽ cõitas. i. auxiliũ pstare ut possim⁹ accipere. Idem cicero in legib⁹ sic scribit: q deũ nõ agnoscit: aut hoi nocet. iniuste & cõtra naturã suam uiuit: & hoc modo abrumpit iustitiam: legemq; diuinam.

Dubitare se Protagoras nullos esse omnino Dia/goras melius: & Theodorus Cyrenaicus puta/uerunt. Qui uero deos esse dixerunt tanta sunt in uarietate: ac dissensione constituti: ut eorum mole/stum sit annumerare sententias. Nam & de figuris deorũ & de locis atq; sedibus & actione uitæ mul/ta dicunt᷑: deq; his sũma phylosophorũ dissensiõe certat᷑. Qđ uero maxie cã in rẽq; cõtinet ẽ: utrũ ni/hil agãt: nihil moliant᷑: an ab oĩ curatiõe & admini/stratiõe rerũ uacẽt: an cõtra ab his & a pricipio oĩa fa/cta & cõstituta sint: & ad ĩfinitũ tẽpus regãtur: atq; moueantur. Imprimisq; magna dissensio est: eaq; nisi diiudicatur: in summo errore necesse est homi/nes atq; in maximarum rerum ignoratione uersa/ri. Sunt enim phylosophi & fuerunt: qui omnino nullam habere censerẽt rerum humanarum procu/rationem deos: quorum si uera sententia est: quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? Hæc enim omnia pure ac caste tribuenda deorum nu/mini ita sunt: si animaduertantur ab his: & si est ali/quid a diis immortalibus hominum generi tribu/tum. Sin autem dii neq; possunt iuuare: nec uolũt: nec omnino curant: nec quid agamus animaduer/tunt: nec est quod ab his ad hominum uitam per/manare possit: quid est quod ullos diis immortali/bus cultus: honores: preces adhibeamus? In speciẽ autem fictæ simulationis sicut reliquæ uirtutes ita pietas ineẽ nõ põt: cũ qua sil᷑ & sctitatẽ & religionẽ tolli necesse ẽ: qbus sublatis pturbatio uitæ seqt᷑ & magna cõfusio. Atq; haud scio an pietate aduersus deos sublata: fides ẽt & societas gñis hũani & una

excellentissima

EXCELLENTISSIMA præclarissima quæ est cōis uirtus. & cuiq; dat qđ illi debet itaq; cū deū honorat pietas appellat. cū hoib⁹ ꝓspicit officiū. cū uita defunctos nō fraudat fides dicit. SVNT aūt aliæ agit iam de rōne grauissima & præstissima stoicorū: qui huius regiæ quā spectare cupimus fidissimi & sollertissimi sunt cantores. explosis epicureis quorū delyramēta nata sunt in hortis qb⁹ priapus & Venus ꝓsunt. & iccirco priapea sunt & uenerea cū nil appetāt ꝑter marcescēs ociū: & turpissimā uoluptatē. ad quā etiā cœli numen detrahere laborarūt. MAGNI: docti. NOBILES: celebres & clari. MENTE: cōsilio. RATIONE: ꝓudētia. CENSEANT: putēt. iudicēt statuāt. TEMPEstates metaia & dimēsa tporū spacia. ea tēpestate inquit Salu. in exercitu nr̄o fuere cō plures. Vnde dicimus nr̄a tēpestate fiunt hæc. PVBESCANT: crescāt· urgeāt· fructusq; ferāt trāslatio ab adolescētulis quorū pubertas a xiiii. ætatis āno icipit & ephæbi. i. pubescētes appellāt. CARneades: cyrenaicus nouorū academicorū acerrim⁹. Idē Cicero in legib⁹ sic scribit. perturbatricē aūt oium rerū academiā hāc ab Arcesilla & carneade recētē exorem⁹ ut sileat. NON Secordes: cordatos. prudētes. sollertes. & sapiētes. CAVSA: negocio q̄stione. cōtrouersia in iugādi sunt qui aio nō inimico obiurgāt & reiellēdi qui rustice maliuole odioseq; infectant & urgent cōtentioni & iurgio magisq̄ rōni & ueritati studētes. Iurgium dicitur dissensio. inde obiurgare contendere contraq; sentire: & obiurgatio est castigatio quædam post turpe factum & pertinet ad amicos & ꝓpinquos. a iure & ago. iurgatio dicta quasi iuris actio. obiurgatores ergo sunt contradictores.
REPELLENDI: reiiciendi: confundendi: & confutandi. ut eos temeritatis & maligni conatus tandem peniteat. MVLTVM uero alterum caput & membrum huius præfationis. quo tria proponit quæ deinceps explicantur. FLVXISSE: emanasse. DE: & propter libros physicos iam editos. EXTITISset: emersisset philosophandi de noua quædam cupiditas & uoluntas. QVID quaq; de re: idest qđ sit meum dogma: & an certum aliquid habeam in rebus. an animus meus errore uagetur & fluctuet.
NOCTEM: caliginem. & ambiguitatem quoniā eius decretum est nihil certo sciri posse ac percipi.
OBFVNDERET: obiiceret. ac spargeret menti & rationi quandam ignorantiæ & ambiguitatis nubem. FAMILIARITATES: cōsuetudines & amicitiæ Diodorus stoicus erudiuit Ciceronem in dialecticis. INSTITVTI: eruditi atq; istructi. ET SI omnia sensus mea uita in priuatis negociis & publicis arguit me e præceptis philosophorum uixisse: cū præscripta illorum eo tendant ut uitam inseruant. & rectam uiuendi aperiant uiam. ergo qui recte uiuit philosophatur egregie. REFERVNTVR: tendunt & reducuntur ad instructionem uitæ.

excellentissima uirtus iustitia tollatur. Sunt autē alii philosophi: & hi qdē magni atq; nobiles: qui deorū mēte atq; rōne oē mūdū admistrari & regi cēseāt: neq; uero id solū sed ēt ab eisdē uitæ hoium cōsuli & ꝓuideri. Nā & fruges & reliqua q̄ terra pariat: & tēpestates ac tēporū uarietates cœliq; mutationes: quibus oia q̄ terra gignat maturata pubescāt a diis immortalibus tribui generi humano putāt. multaq; q̄ dicent in his libris colligūt: q̄ talia sunt: ut ea ipa dii immortales ad usū hominū fabricati pene uideant. Cōtra quos Carneades ita multa disseruit: ut excitaret hoies nō secordes ad ueri inuestigādi cupiditatē. Res. n. nulla ē: de qua tātopere nō solū docti sed ēt indocti dissentiāt: quorū opiniones quū tā uariæ sint: tāq; inter se dissidētes: alterū ꝓfecto fieri potest ut earū nulla alterū certe nō pōt ut plus una uera sit. Qua quidē i causa & beniuolos obiurgatores placare: & iuidos uitupatores cōfutare possum⁹ ut alteros reprehendisse pœniteat: alteri se didicisse gaudeant. Nam qui admonent amice docendi sunt: qui inimice insectātur repellendi. Multum autem fluxisse uideo de libris nr̄is: quos cōplures breui tempore edidimus: uariumq; sermonē ꝑtim admirantium unde hoc philosophandi nobis subito studiū extitisset: ꝑtim quid quaq; de re certi haberemus scire cupientium. Multis etiam sensi mirabile uideri eam nobis potissimum ꝓbatam esse philosophiā: quæ lucē eripet: & q̄si noctē quādā rebus offunderet: desertæq; disciplinæ & iam pridē relictæ patrociniū nec opinatū a nobis esse susceptū. Nos āt nec subito cœpimus philosophari: nec mediocrē a primo tpe ætatis in eo studio operā curāq; cōsumpsimus: & quū minime uidebamur: tum maxime philosophabamur: qđ & orōnes declarant refertæ philosophorum sententiis: & doctissimorū hoium familiaritates: quibus semp domus nostra floruit: & principes illi Diodorus Philo Antiochus Possidoni⁹ a quibus instituti sumus. Et si omnia præcepta philosophiæ referunt ad uitam: arbitramur nos & publicis & priuatis i rebus ea ꝑstitisse: q̄ rō & doctrina.

PRAESCRIPSERIT: præfinierit: docuerit: pcceperit: ordinauerit ratio: uia & modus: philosophorꝝ. OCIO: inopia quadam negociorꝝ: & ingrata quiete marcesceremus occupata a Cæsare republica iudiciisq; deletis. REI Pu. causa pro cõmuni utilitate ut ea qua possem ciuibus consulerem. NOstris Romanis & Latinis. MAgni: multum pertinere atq; magnificum esse Romanis: cum hæc essent cognitione dignissima. CONtineri: cõpræhendi & celebrari latino eloquio. INstituti: decreti: incepti consilii: qm̃ complures ad scribendum prouocaui. INstitutionibus: disciplinis: dictatis atq; dogmatib⁹. COMmunicare: cõferre: & alios pticipes facere. IN quo genere uerborꝝ accõmodatione & philosophica dictione copiaq;. nam Romani sermonis egestatem locupletauit Cicero: & philosophiam latine loqui edocuit. Vnde Lucanus Romani maximus autor Tullius eloquii. AEGRitudo: mœror: obortus ex patriæ interitu: & ciuium infœlicitate quos fortuna redegit ad iugum tyrãnidis. LEVationem: remediũ & curationẽ pondus ægritudinis releuãtem. AD Hanc philosophicã & litterariam. EA leuatione nullo alio modo mihi honesto & graui.

PER tractandã enarrandã: explicandã. TOTAE integre atq; diffuse. qm̃ res inuicem cõnexæ sunt: & se uicissim declarãt. CONTInuatio cõnexio & series ordo qdam implexus: atq; inherens. NEXA depẽdẽs. APTE iũctæ cõnexæ colligatæ: ut cœlũ stellis ard ẽtib⁹ aptũ. QuI aũt reqrunt illis respõdet q scire cupiebãt qd certi de quaq; re hr̃et cicero: notatq; latẽter eos qui alicui⁹ doctoris autoritate ac dignitate moti temere credũt: cum potius acre iudiciũ adhibendũ sit: & sentẽtiæ diligẽter æstimãdæ: cum labi errare: ac decipi turpe sit ac malũ. Idẽ Cicero in lucullo sic scribit. Aliqui de reb⁹ incognitis iudicãt: ad q̃cũq; sunt disciplinã quasi tẽpestate delati adeã tanq̃ ad saxũ adherescunt. Nam qd dicunt oia se credere ei quẽ iudicẽt fuisse sapientem probarem: si id ipsum rudes & indocti iudicare potuissent: statuere aũt qui sit sapiens uel maxime: uidet̃ eẽ sapiẽtis: sed ut potuerũt reb⁹ oib⁹ auditis. cognitis etiã reliquorꝝ sẽtẽtiis iudicauerunt. Aut re semel audita ad uni⁹ se autoritatem cõtulerũt. QuID sentiam⁹ qui sniam certã uidelicet ac definitã hẽam⁹. nõ. n. tm̃ q̃rẽdũ est qd ego sentiã: sed qd sentiẽdũ sit exacte disq̃rẽdũ: ut academici faciũt: qui nõ autorẽ sniæ respiciũt: sed ipsam expẽdũt sniã: ne psonæ æstimatio iuditiis obsit. CVRIOSIVS maiori cura q̃ deceat uiros graues. atq; prudẽtes: nã curiositas malignitatẽ quãdã sapitlentatẽ: & ĩpudẽtiã: ut plaut⁹ dicit. Nemo curiosus qui nõ sit maliuolus. AVTORES psonæ illorꝝ q aliqd dixerũt aut fecerũt: ut dicimus autores sniarꝝ q snias ipsas enũtiarũt: & autores belli duces: & imperatores qui bellũ gesserunt. MOMENTA uires: pondera: & qualitates. AVTOritas æstimatio: & psumpta opio de dignitate alicui⁹ psonæ quã sapientissimã temere forsitan iudicarũt. RATVM certũ: firmũ: & exploratũ. QuARE ita eẽt q̃ rõ esset hui⁹ affirmationis: nulla igit̃ allata rõne ad autoritatem doctoris cõfugiebãt: quod negligẽtiã quandã sapit: & ĩprudẽtiã: psertim in his in qb⁹ humanũ iuditiũ falli põt: nã sacris autotitatib⁹ & diuinis credẽdũ ẽ: & ulla rõ efflagitãda ne fidei merita dispereat. PREIVdicata an̄ cõstituta: & psumpta de doctoris iudicio & excellẽtia: ut illi credẽdũ eẽ: opinarent̃ ẽt si nullam rõnẽ afferret. AVTOritas æstimatio uiri dignitas & excellẽtia. DISCIplinã doctrinã academicã: & modũ philosophandi

prescripserit. Sin aũt quis requirit quæ cã nos impulerit: ut hæc tam sero litteris mandaremus: nil est quod expedire tam facile possimus.: Nam quum ocio lãgueremus: & is esset reip. status: ut eã unius consilio atq; cura gubernari necesse esset: primum ipsius reipu. cã philosophiã nr̃is hoib⁹ oib⁹ explicãdam putaui: magni existimãs interesse ad decus & ad laudem ciuitatis res tam graues: tãq; pclaras latinis ẽt lr̃is contineri. Eoq; me minus instituti mei penitet: quod facile sentio: q̃ multorꝝ non modo discendi: sed ẽt scribẽdi studia cõmouerim. Cõplures. n. græcis institutõibus eruditi: ea quæ didicerãt cum ciuibus suis cõmunicare nõ poterant: q; illa q̃ a græcis accepissent latine dici posse diffiderent.

Quo ĩ genere tm̃ pfecisse uidemur: ut a græcis ne uerborꝝ qdem copia uinceremur. Hortata ẽt est ut me ad hæc cõferrem animi ægritudo: fortunæ magna & graui cõmota iniuria. Cui si maiorẽ aliquã leuatiõem repire potuissem nõ ad hanc potissimũ cõfugissem. Ea uero ipsa nulla rõne melius frui potui q̃ si me nõ modo ad legendos libros: sed etiam ad totam philosophiaꝫ ptractãdam dedissem. Oẽs aũt eius partes atq; omnia mẽbra tũ facillime noscuntur: quũ totæ quæstiones scribẽdo explicãtur. Est. n. admirabilis q̃dam cõtinuatio seriesq; rerum: ut alia ex alia nexa: & oẽs inter se aptæ colligatæq; uideant̃. Qui aũt requirũt qd q̃q; de re ipsi sentiamus: curiosius id faciũt q̃ necesse est. Nõ. n. tã autores in disputãdo q̃ rõnis momẽta q̃rẽda sũt. Qui ẽt obest plerũq; his q discere uolunt autores eorꝝ q se docere pfitẽt̃. Desinũt. n. suũ iudiciũ adhibere: id hñt ratũ: qd ab eo quẽ pbãt iudicatũ uidẽt. Nec uero pbare soleo id: qd de pythagoricis accepim⁹ quos ferũt: si quid affirmarẽt in disputãdo: quũ ex his q̃reret̃ q̃re ita esset respõdere solitos. Ipse dixit: Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio piudicata poterat: ut ẽt sine rõe ualeret autoritas. Qui ãt mirant̃ nos hãc potissimũ disciplinã secutos: his

losophãdi acuiam. QVATVOR libris desiderant' proh dolor hi libri tempoq; iniuriis: & principũ lr̃atorum q; ignauia & in curia: extat tñ liber primus dimidiat': & mutilus cui' principiũ est Lucumano nup. Sacratũ erat opus M. Varroni: Cicero ut romanis ondẽret qd' phylosophãdi genus maxie pbaret academicã oẽm rõnẽ duob' libris enarrauit: in qb' catulum & lucullũ nobilissimos ciues induxit disputãtes: quoq; noie libros inscripsit: additis perinnis quoq; uterq; laudatus est: catullus desyderat': extat lucullus: cui' principiũ est. Magnũ ingeniũ. L. luculli. Deide ut Varronis animũ oblectaret a quo libros de latia lingua expectabat psonas mutauit moriẽte pomponio attico:

quattuor academicis libris satis respõsum uidetur. Nec uero desertarũ derelictarũq; rerum patrociniũ suscepimus: non.n. hoium interitu scientiæ quoq; occidunt: sed lucem a cæteris fortasse desiderant: ut hec in philosophia ratio cõtra omnia disserẽdi nullamq; rem aperte iudicãdi pfecta a Socrate: repetita ab Arcesila: cõfirmata a Carneade usq; ad nostrã uiguit ætatem: quã nũc ppemodum orbam eẽ in ipsa græcia itelligo. Quod nõ academiæ uitio: sed tarditate hoium arbitror contigisse. Nã si singulas disciplinas pcipere magnũ est: quãto magis oẽs? qd' facere iis necesse est: qbus ppositũ est ueri reperiendi cã & cõtra omnes phylosophos & pro oibus dicere. Cuius rei tãtæ tãq; difficilis facultatẽ consecutũ eẽ me non pfiteor: secutũ eẽ præ me fero. Nec tamẽ fieri põt ut qui hac rõne phylosophent: hi nihil habeant quod sequant'. Dictũ est.n. hac de re alio loco diligẽtius: sed quia nimis indociles qdã tardiq; sũt: admonẽdi uident' sæpius. Nõ.n. sumus ii: qbus nihil uerum eẽ uideat': sed ii qui oibus ueris falsa qdã adiuncta eẽ dicamus: tanta similitudine: ut in iis nulla sit cã iudicãdi & assentiẽdi nota. Ex quo existit & illud multa esse pbabilia: quæ quãq̃ nõ perciperentur: tamẽ quia uisum hñt quẽdã insignem &

uarronẽ q: substituit: & e duob' libris quos iã ad atticũ miserat quattuor effecit: ipso autore in epistolis ad atticũ his uerbis. ergo illã academiã in qua hoies nobiles illi qdẽ: sed nullo mõ phylologi nimis acute locunt' ad uarronẽ trãsferam'. eteni sũt antiochea q̃ iste ualde pbat: catulo & lucullo alibi reponem': & postpaulo: cõmot' tuis lr̃is totam academiã ab hoib' nobilissim' abstuli trãstuliq; ad nostrũ sodalẽ & e duob' libris cõtuli in quatuor: grandiores sunt oino q̃ erant: libri qdem: ita exierũt ut in tali gñe ne apud græcos quidẽ simile: qcq̃: tu illã iacturã feres æquo aio q illa q̃ habes de academicis frustra descripta sunt. multo tñ hec erũt splẽdidiora: breuiora: meliora. NEC uero eos refellit qui rõnẽ academicam derehẽtã: & obsoletã asseuerabãt: nõ.n. inquit sciæ itereunt cadẽtib' autorib': & assertorib'. desiderant tñ in lucẽ pduci & manifestari: quo ad se claræ sunt: a cæteris nil aliud q̃runt nisi manifestari & declarari. RAtio mod': & uia disputãdi. APERTE manifeste ac definite. PROfecta orta a socrate: qui dixit se unũ tãtum scire q nihil sciret. Arcesilas fuit pitaneus. REPEtita ĩ usum reuocata: & resumpta. VIGVIT celebrata est: & culta. ORBAM priuatam eẽ cultorib' & assertorib': qui orbes id est oculi sunt sciaq; q a cæteris lumẽ desiderãt. VITIO culpa aliqua ipsi' disciplinæ cũ bona in se sit copiosa & utilis. sed iõ relinquit' qm̃ & req; oium copiã: & sui usus dicẽdi ubertimũ exposcere: quod pauci ad modũ pstare põt: & iõ paucissimi & pene nulli hoc mõ phylosophant'. TARditate hebetudine ĩgenii atq; secordia: tardi dicũt' illi quoq; mẽtes pigre sũt: & ignaue: quib' celeres promptĩ. Sagaces: sollertes: & ardẽtes opponunt'. PROpositũ cõstitutũ atq; decretũ. FACVLtatẽ possibilitatẽ atq; efficaciam: dico inquit me esse secutum tale gen': quis nõ affirmẽ illud me attigisse: & cõparasse & sic demitat arrogantiam. RAtione uia & mõ disputãdi: licet inquit nihil affirment: uerisimile tñ sequunt' atq; pbabile. ALIO loco in academicis in quibus agit de dogmate idest decreto & placito huius disciplinæ. INDOciles rudes & inepti nõ facile doctrinam pcipiẽtes. TARDI obtusi: hebetes: & sic aperit suũ dogma Cicero: mediũ qddã tenens iter stoicos ptinaciter affirmãtes: & nouos academicos q nihil certi habebãt quod sequerent': qd' ẽt in officiis repetit ut quondã enarraui. NOTA' sic manifesta ut assensus nõ debeat denegari. PERciperent' pfecte ĩtelligerent'. VISVM apparẽtiã (ita dixerim) & aspectũ. i. uiderent' eẽ uerisimilia & idonea ut humanã uitã regerẽt cuq; a pluribus talia iudicarent': cũ id nõ plane pbet uisum dicim' actũ uidẽdi & rẽ q̃ uidet': ut apud Virgiliũ. Rite secũdarẽt uisum Cicero alibi neutrũ ponit uisum secũdi ordinis pro eo qd' uidet' & apparet tã oculis q̃ aio: græce dr̃ phãtasma: & phãtasia. i. imaginatio: in prio academico dicit: uisis nõ oib' adiũgebat fidẽ: sed his solũ q̃ ppriã qdã hñt declarationẽ earq; req; q̃ uident': id aũt uisũ cũ p se ipm cerneret' cõphẽsionẽ appellabat: similẽ his reb' q̃ manu pẽderent': & si ita erat cõphẽsum ut cõuelli rõne nõ posset sciam noiabat: nã uulgo hec quæ ad mores ptinẽt istitutis magis ciuilib' cõstare uidentur q̃ lege ueritatis & nature. uñ Aristoteles ĩ moralib' dicit: honesta & iusta de qb' ciuilis cõsiderat tãtã drĩã hñt & uarietatẽ ut lege tñ esse uideant' & nõ natura talẽ uarietatẽ hñt & ipsa bona: qa cõplurib' accidunt detrimenta ab illis. Carum igit' fuerit atq; satis de talibus atq; ex talibus dicentes pingui minerua: & laxa quadam docendi uia uerum ipsum ostendere: & de his q̃ sunt plerũq; atq; ex talib' dicẽtes talia & cõcludere. IN signẽ uisum cõspicuũ uerisimilẽ pbabilẽ plerisq;: & his pserti q ob prudẽtia: & req; usum recto cẽsent' iudicio: & mẽsura req; atq; idicatura qdã æstimant': nõ.n. qlibet hõ ẽ arbiter taliũ: sed uerus homo. i. sapiẽs: & fact' ad unguẽ: humana igitur talia habenda sunt qualia uidentur consumatis uiris: & sic eorum consilio formandi sunt mores: & degenda uita.

ILLVSTREM: clarum & euidentē ut merito suadere possit atq; allicere. SAPIENTIS: prudētis & nil temere facietis. sed id cuius possit & si nō certā & uerā in uerisimilē cām reddere. haec est certe officii forma: & his principiis atq; cōclusionibus humana uita cura reprehensionē degitur & gubernat᷑. LIBEREM i. uindicabimore illorū & calūnia qui me arrogantē. & procacem calūniant᷑ academicū & hanc philosophiā idi rōnē tenebras tenebras reū appellant. & ingeniorū tricas ducunt recensebo inquit Priscorū opiniones: & id qd' pro oib' & cōtra oia disceptatū est a philosophis agētib' deui & natura numinis. Sic certe planū erit atq; manifestū an academia procacitatis accusanda sit. nā philosophorū ambigua dissensio dogma probat academicū. IN MEDIO: in cōi iudicio & æstimatione. PROCAX: garrula. Loquax: & sine iudicio multa uerba effundēs ipudenter. VT STATIVS in synephebis. i. cæcilius comicus cognomento statius. Idem Cic. in Catone maiore dicit ut ait Statius noster in synephebis. Gellius ita scribit. Statius serui le nomen fuit plæriq; apud ueteres serui eo noīe fuerunt. Cæcilius quoq; comediarū poeta inclytus fuit seruus. & ppterea nomen habuit Statius. sed postea uersum est in cognomētū: appellatusq; est Cæcilius Statius. Synephebi nomē comediæ. Latinæ cōpubescētes, ut synapotniscontes cōmorientes. exclamabo inquit Cic. pro re grauissima & maximo reipu. fundamēto ad oēs qui iudicare possunt & sciunt ut adsint faueātq; religioni & pietati. POPVLARIū eiusdē populi. i. ciuium. proh nūc pro aduerbio ponitur. nūc pro interiectione dolētis & admirātis. oro do iploro fidē deorū popularīūq; adolescentiū & fides pro amico studio: & iusta ope. oportunoq; auxilio ponit᷑. IMPLORO: in auxiliū aduoco. CAPITALIA: perniciosa: & pœna capitis puniēda. & sic dr̄ hō capitalis & qui capital admisent. CERIMONIÆ: sunt ritus sacri cærimoniarū cām inquit Pōpeius alii ab oppido ductam existimāt. alii a charitate dictas iudicāt templum significat ædificium deo sacratum. Delubrum autore Varrone dicebat᷑: Sacer locus in quo præter ædem sit area assumpta deum causa: ut erat in circo flaminio Iouis statoris: aut in quo dei simulachrum dedicatum sit sicut locum ī quo figerent candelā candelabrum appellatum ita in quo deum ponerent nominatum delubrum. SOLEMNIBVS: insitatis: & sumptuosis. AVSPICIIS: auguriis: & diuinationib' erat augur Cic. & iō dicit se pesse auspiciis de his latius in diuinatiōe dicet᷑. REFERĒDA: reducenda quā inde pendent. nam si deus est & humana curat. fouet uicissimq; punit hæc omnia castæ. piæq; seruanda sunt. & est diuinatio quoddam dei munus. Sin aliter existimabitur euanescēt hæc omnia: & iccirco unusquisq; fatendum est diuinæ causæ ne ingrati uideamur & impii. CERTI: explorati atq; percepti. & hi erant Platonici Aristotelici & stoici. ADDVBITARE: aliquam dubitationem habere. FAMILIAREM: amicum: & studiorum cōmunione mihi coniunctum.

illustrē. his sapientis uita regeret᷑. Sed iam ut omni me iudia liberem: ponā in medio sentētias philosophorū de natura deorū. Quo qdē loco cōuocandi oēs uidentur: qui quæ uera sint iudicēt. Tum demum mihi procax academia uidebit᷑: si aut cōsenserint oēs: aut erit inuentus aliqs: q qd uerū sit īuenerit. Itaq; mihi libet exclamare ut Statius ī synephebis: pro deū populariū oīum adolescētiū clamo: postulo: obsecro: oro: iploro: atq; iploro fidē: nō leuissima de re ut q̄rit᷑ ille fieri in ciuitate facinora capitalia: ab amico amāte argentū accipere meretrix nō uult: sed ut ad sint: cognoscāt: aīaduertāt: qd de religione: pietate: sanctitate: cerimōiis: fide: iureiurādo: qd de tēplis: de lubris, sacrificiisq; solēnibus: qd de ipsis auspiciis: qbus nos præsumus existimādū sit. Hæc enim oīa ad hāc de diis imortalibus quæstionē referēda sunt. Profecto eos ipsos q se aliqd certi habere arbitrant᷑ addubitrar᷑ coget doctissimorū hominum de maxima re tanta dissensio. Quod cum sæpe alias: tum maxime animaduerti: quū apud. C. Cotam familiarem meum accurate sane & diligenter de diis immortalibus disputatum sit.

NAM cū feriis latinis: pricipiū dialogi: & explicatōis et ppositæ ac p difficilis & obscuræ qōnis d̄ ui & natura numīs. quā in tria uolumīa digessit Cic. Primū cōtinet epicuri futilem rōnē eiusq; refutationē p cotā academicū & pontificē maximū. Secūdū dogma stoicorū grauissimū ac pietissimū cōplectit᷑. Tertiū oppositas cotæ ratiōes academico ritu oīa in ambiguū & dubiū reuocātis euoluit. necnō Cice. indiciū qd' primas & sūmas disciplīæ stoicorū tribuit. FERIAE Latinæ: inqt Varro dies cōceptiuus dictus a Latinis populis quibus ex albano monte carnes petere fuit ius cum Romanis. a quibus Latinis latinæ dictæ. hæc Varro. Templum Ioui latiali posuit in albano monte Tarquinius superbus: & nundinas instituit primus latinas: in quibus quadrigæ certabant in Capitolio uictorq; absinthium bibebat in præmium. credo inquit Plinius sanitatem præmio dari honorifice arbitratis maioribus. EXEDRE: inquit Vetruuius spaciosæ constituantur in tribus porticibus habentes sedes in quibus philosophi rhetoresq; ac reliqui qui studiis delectantur sedentes disputare possint.

NAm quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu accersituq; uenissem: offendi eum sedentem in exedra: & cum. C. Velleio Senatore disputantem ad quem tum Epicurei

primas ex nostris hoībus deferebant. Aderat etiam
Quintus Lucilius Balbus: qui tantos progressus
habebat in stoicis: ut eum excellentibus in eo gene/
re græcis cōpararet. Tum ut me Cota uidit popor
tune inqt uenis. Oritur enim magna de re mihi al/
tercatio cū Velleio: cui pro tuo studio non est alie/
num te īteresse. Atqui mihi quoq; uideor inquam
uenisse ut dicis oportune: tres enim trium discipli/
narū principes cōuenistis. M. ei. Piso si adesset: nul
lius phylosophiæ: earū qdem quæ in honore sunt:
uacaret locus. Tum Cota si inqt liber Antiochi no
stri: qui ab eo ad Balbum nuper missus est: uera lo
quitur: nihil est q̄ Pisonem familiarem tuum desy
deres. Antiocho. n. stoici cum pipateticis re cōcine/
re uident: uerbis discrepare. Quo de libro uelim
balbe scire qd sentias. Ego ne igt ille miror Antio/
chum hominem imprimis acutū nō uidisse inter/
esse plurimū inter stoicos: qui honesta a cōmodis
non noīe: sed genere toto disiungerēt: & pipateti/
cos: qui honesta miscerent cum cōmodis: ut ea īter
se magnitudine & quasi gradibus nō genere differ
rent. hæc. n. est non uerbo॰ parua: sed rerum pma/
gna dissensio. Sed hæc alias: nūc quod cœpimus si
uidetur. Mihi uero inquit Cota uidet': sed ut hic q
interuenit me intuens. ne ignoret quæ res agat': dē
natura agebamus deorum: quæ quum mihi uide/
ret' pobscura ut semp uideri solet: epicuri ex Vel/
leio sciscitabar sentētiam. Quāobrē igt Velleius:
ni molestum est repete quæ cœperas. Velleius. Re/
petā uero. quāq̄ nō mihi: sed tibi uenit adiutor: am/
bo enim inqt arridens ab eodē Phylone nihil scire
didicistis. Tum ego qd didicerem' Cota uiderit: tu
aūt nolo existimes me adiutorem huic uenisse: sed
auditorē: & qdē æquū: libero iudicio: nulla eiusmo
di astrictū necessitate: ut mihi uelim nolim sit certa
qdam tuēda snīa. Tum Velleius fidēter sane ut so
lēt isti: nihil tā uerēs q̄ ne dubitare aliqua de re uide/
ret': tāquā mō & deo॰ cōcilio & ex epicuri ītermū/
diis descēdēs. Sed audite inqt nō cōmētitias futiles/
q; snias: nō opificē edificatorēq; mūdi Platonis de
timæo deūm nec anūfatidicā stoico॰ pnoeā: quā lati
ne licet puidētiā dicere: neq; uero mūdū ipm aio &
sensibus pditū: rotū dū: ardētē: uolubilē deūportēta
& miracla nō differētiū pho॰: sed somniātiū. Qui
b'. n. oculis ītueri potuit uester Plato fabricā illā tāti
opis: q̄ cōstrui a deo: atq; edificari mūdū facit? Quæ

PRIMAS summam eruditionē & pgressum in
epicureo dogmate. PROgressus pfectus & cogni
tionem eo॰ q ad stoicos ptinebant. M. piso erat per
ripateticus. VACARET uacuus esset atq; inanis.
CONcinere cōsonare: cōuenire: & cōcordes in do
gmate esse atq; sententiis. VERBIS appellationibus
ip sa॰ re॰ qbus nonasse noīa uidebant' stoici. GE/
nere toto natura: qualitate pprietatib'. A COMmo
dis utilibus: qm̄ nihil dicebāt utile quod honestum
non eēt. ET quasi gradib' discriminib' qm̄ supmū
gradū dabant uirtuti. Secūdū bonis corporis. Ter/
tiū bonis externis stoici aūt nihil appellabant bonū
pter ipsum honestum. i. ipsam uirtutem cætera uero
æstimabilia nominabāt. NON genere qualitate ac
natura. NIHIL scire nihil affirmare ac dubitare de
oībus academico more. AEQuVM iustū: & citra
affectus iudicantem: & utētem academica libertate:
q̄ in nullius magistri uerba iurauit: sed pbabilia tm̄
& ueresimilia sequitur. CERTA definita: & termi
nata ut erat dogma stoicū quod pdere magnū du/
cebat' nefas. FIDENTER aīose atq; securo aīo ut
mos erat epicureo॰ q snas hallucinatiōes cito enun
tiabant nullo sale nullo lepore conditi: sed ignoran
tia tm̄ audaces quod uitium latius patuit: & nūc ui
get imprimis. Itaq; uelleius timebat' ne uideretur in
aliquo dubitasse: sed tanq̄ oīa pugno cōprehēdisset
aīo stabat: & promptus erat: & de diis ita differere
exorsus est ac si e deorum cetu descendisset oculisq;
celestia explorasset: ac palpasset manu. INTERmū/
diis spaciis & locis intermediis. Intermūdium appel
labat epicurus spacium inter mūdos quos ex uani/
tate democriti putabat infinitos. celū inquit Aristo/
teles unum est ac mundus unus: & nō plures ut ali
qui dicunt. FVTILES uiles ac leues: & sic petulan
ter & impudenter platonē deridet qui in timeo dia
logo deum fabricantem posuit mundum: & mūda
na quæq; disponētem & mundum esse animal: di/
centem: non dicam inquid mūdum eē deum ut di/
xit plato. hæc enim sunt monstra q̄dam & somnia
phylosopho॰. ANVM fatidicam pſagā uaticinā: &
fata populorum disponētem & enuntiantem: unde
fatales dicti sibyllini libri fata romano॰ cōtinentes
pronoea dicitur a pronoeo græce prouideo latine.
ARDENTEM igneum: & splendidum. Timeus
est platonis dialogus de origine mundi ac eius au/
tore deo optimo: maximoq;: appellationem habuit
a Timeo locrensi qui cū socrate disputat de quo sic
scribit plato timeus iste elocris quæ urbs in italia iu
stissime gubernatur: nobilitate opibusq; pstantissi/
mus summis honorib' functus est & ad summa to
tius phylosophiæ fastigia ut opinor ascendit.

MOLITIO edificatio. VECTES ferrei pali & cætera id gen⁹ istra: q̃ machiæ appellant. MVneris officii talis ac molitoris. QuINq; formæ figuræ rerum atq; naturæ: q̃ttuor uidelicet initia rerum. Terra: aqua: aer: ignis: & quinta quædã formæ q̃ eẽt cœlũ & mẽs ut placuit Arist. Idẽ Cicero i prio academico sic scribit: priæ q̃litates simplices sũt: ex his ortæ uariæ sũt et q̃si multiformes: itaq; aer ignis aq̃ & terra pria sũt ex his aũt ortæ aĩantiũ formæ: earũq; rerum q̃ gignunt̃ e terra quintũ gen⁹ e quo astra mẽtesq; singulares. PALmaris: uictrix & triumphalis ironice loqt̃ epicureus. VT dr̃ ut ẽ i puerbio i illos q illotis labiis & pedib⁹. i. ne pria q̃dẽ rudimẽta hñtes de reb⁹ maximis audẽt decernere. COagmẽtatio cõpositio: & cõglutinatio. EXtremũ ultimũ. DEsignationẽ descriptionẽ: modulũ: & formã. SIN alia alteri⁹ naturæ atq; dissĩlis ab illa pnoea quã uos stoici ponitis. EXtiterũt apparuerunt. sæculum est spacium centũ annorum. Aristoteles primo de celo dicit uita est illic semp permanens perpetua secũdum perpetuitatem sæculi sæculorum quod non habet finem: & est uita nobilissima: & bene dixerunt antiqui q̃ finis & terminus continens tempus uitæ cuiuslibet rei nr̃æ est sæculum illius rei: secũdum igitur hunc modum dicim⁹ q̃ finis celi cõtinens totum tempus perpetuum est sæculum celi & hoc nomen deriuat̃ a suo actu: q̃m est perpetuum. dicitur enim a græcis aeon. i. semper existens. NON enim ostendere nititur licet delyret fuisse tp̃s anteq̃ esset mũdus: nam tempus est numerus motus: & a tenore temperato cœli ac mundi dicitur. Motus aũt sine corpore naturali esse non põt. SED fuit apert mentem suam de sæculis atq; temporibus: æternitas est quãtitas quæ caret extremis. TEMporum circũscriptio designatio: mensuratio & determinatio mensurabat. SPAtium: quantitas eius & longitudo nõ potest cogitari: uidetur enim absurdum ut fuerit aliquod tempus. i. mensura motus eo tp̃e quo nullum erat tempus. i. cœli mũdiq; motus. CESSauerit ociosa feriataq; fuerit. NEC erat ullus labor uidelicet cũ oia diuinæ maiestati p̃sto eẽnt: nec labori eẽt locus. OMNES naturæ membra ipsius mũdi ut celum. i. aer cæteraq; elementa. SIgnis astris & imaginibus quæ cælum ornant. LVminibus stellis: earũq; fulgorib⁹. TANquam edilis q̃ cãin q̃ ipulit deũ ornare mundũ tanq̃ edilis popularis q templa ornabat & spectacula ut populi fauorẽ & aurã uenaret̃ de utraq; ædilitate dictũ iã ẽ a me i cõmentariis officiorum. Gurgustiũ ut iqt põpeius ẽ gen⁹ habitationis angustũ a gurgulione dictũ. VAnetate uaria exornatione colorum ac rerum uarietas inqt idẽ i secũdo de finib⁹ pprie i disparib⁹ colorib⁹ dr̃: s; trãsfert̃ i multa disparia. Variũ poema uaria oro uarii mores uaria fortuna. FERE q̃si oẽs & ferme oẽs dicitis: idẽ i Ca. meini i illũ s̃mone ĩcidere q̃ ferme erat in ore. i. q̃si ab oĩb⁹ dicebat̃. MOlitio tã magna edificatio cũ pauci sint sapiẽtes. STVLtorum insipiẽtiũ quos stoici dicũt miseros ob id ipm: q; stulti sũt etiã si uariis & maximis fortunis habũdarent.

molitio: quæ ferramenta: qui uectes: quæ machinæ: qui ministri tanti muneris fuerunt? quẽadmodum aut obedire & parere uoluntati architecti aer: ignis: aqua: terra potuerunt? Vnde uero ortæ illæ quinq; formæ: ex quibus reliquæ formantur: apte cadentes ad animum efficiendum pariendosq; sensus? Longum est ad omnia quæ talia sunt: ut optata magis quam inuenta uideantur. Sed illa palmaris quidem quod qui non modo natum mundum introduxerit: sed etiam manu pene factum. Is eum dixerit fore sempiternum: hunc censes primis ut de r labiis gustasse physiologiam idest naturæ rationem: qui quicq̃ quod ortum sit putet æternum esse posse. Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis? aut quid est? cuius principium aliquod sit nihil sit extremum. Pronoea uero si uestra est lucili eadem requiro quæ paulo ante: ministros: machinas: omnem totius operis designationem atq; apparatum. Sin alia est cur mortalem fecerit mundum: non quemadmodum platonici dicunt sempiternum? Ab utroq; autem sciscitor: cur mundi ædificatores repente extiterint: innumerabilia autem sæcula dormierint. Non enim si mundus nullus erat: sæcula non erant. Sæcula nũc dico non ea: quæ dierum noctiumq; numero annuis cursibus efficiuntur. nam fateor ea sine mundi conuersione effici non potuisse: sed fuit quædã ab infinito tempore æternitas: quã nulla circũscriptio temporis metiebatur: spacio tamen qualis ea fuerit intelligi non potest: quod ne in cogitationẽ quidem cadit: ut fuerit aliquod tempus cum nullũ eẽt. Isto igitur tam ĩmẽso spacio quæro Balbe cur Pronoea uestra cessauerit. Laborem ne fugiebat? At iste nec attingit deũ: nec erat ullus: quũ omnes naturæ numini diuino cœlum: ignes: terræ: maria parerent. Quid aũt erat quod concupisceret deus: mundum signis: & luminibus tanq̃ ædilis ornare: si ut deus ipse melius habitaret antea uidelicet tempore infinito in tenebris tanq̃ in gurgustio habitauerit: post autem uarietate ne eum delectari putamus: qua cœlum & terras exornatas uidemus? Quæ ista potest esse oblectatio deo? quæ si esset: non ea tam diu carere potuisset. An hæc fere ut dicitis hominum causa a deo constituta sunt. Sapiẽtũ ne? ppter paucos ergo tãta rerum est facta molitio? An stultorum? At primũ cã nõ fuit cur de iprobis

bene

BENE mereret᷑ cōferret bñficia in eos qui indigni sunt. MAXIME q̃ ob hoc ipm̃:q̃a sunt tales: sunt inqt natura miserrimi: q̃a uacãt animi bonis ergo nulla bona extrinseca pñt eos felices reddere:igit᷑ diuina i hos benignitas uana est & irrita. STVLtitia insipientia hebetudine mentisq̃ imp̃fectione. INcōmoda dãna detrimēta q̃ a sapientibus cōpensant᷑ cum emolumētis. LENIANT mitigēt & æquo aīo ferãt. COMpensatione p̃mutatiōe: ac receptione ad æquale pondus incōmodoꝝ cōmoda sapientum sunt bona animi .i. uirtutes quæ aīoꝝ absolutiones & p̃fectiōes medicant᷑:talib⁹ ergo cōmodis incōmoda rependũt: & ideo cōmoditas celi nō est ipsis necessaria qm̃ in se hñt uerã & optimã compensationē:

bene mereret᷑. Deinde quid est assecutus: quũ oēs stulti sint sine dubio miserrimi: maxime qd᷑ stulti sunt? Miserius.n. stultitia qd possumus dicere? Deinde q̃ multa sũt icōmoda in uita: ut ea sapiētes cōmodoꝝ cōpensatiōe leniant: stulti: nec uitare ueniētia pñt: nec ferre p̃sentia. Qui uero mundũ ipsum aiantem: sapientemq̃ eē dixerũt: nullo mō uiderũt animi naturam: nō intelligentes inq̃ figuram cadere posset: de quo dicam paulopost. Nũc aũt hactenus admirabor eoꝝ tarditatē: qui animãtem imortalem: & eundem beatũ & rotũdũ esse uelint q̃ ea forma neget ullam pulchriorem eē Plato. At mihi uel cylindri: uel quadrati: uel coni: uel pyramidis uidetur esse formosior. Quæ uero uita attribuit᷑ isti rotũdo deo Nempe ut ea celeritate cōtorqueatur: cui par nulla ne cogitari qdem possit: in qua nō uideo ubinam mens cōstans & uita beata possit insistere. Quodq̃ in nostro corpore si minima ex parte significetur molestũ sit: cur hoc ita nō habeat᷑ molestũ in deo? Terra.n. profecto qm̃ pars mundi est: pars est etiã dei. Atq terræ maximas regiones inhabitabiles īcultasq̃ uidemus: q̃ pars eaꝝ appulsu solis exarserit: pars obriguerit niue pruinaq̃: lōgīquo solis abscessu. Quæ si mundus est deus qm̃ partes mũdi sunt: dei mēbra ptim ardētia ptim refrigerata dicenda sunt. Atq hæc qdē uestra lucili: q̃lia uero sint ab ultimo repetã supioꝝ. Thales.n. milesius: q primus de talibus rebus q̃siuit: aquam dixit eē initiũ reꝝ. Deũ aũt eē eam mentē: q̃ ex aqua cũcta fingeret. Si dii possunt esse sine sensu & mēte: cur aq̃ adiũxit: si ipsa mens cōstare pōt uacãs corpe? Anaximãdri aũt opīo est natiuos eē deos: lōgis īteruallis orientes occidētesq̃: eosq̃ īnumerabiles eē mũdos. Sed nos deũ nisi sempiternũ ītelligere q̃ possum⁹? Post Anaxamenes Aera deũ statuit: eũq̃ gigni: eēq̃ imēsum & īfinitũ & semp ī motu: q̃si aut aer sine ulla forma deus esse possit: quum p̃sertim deum non mō aliqua: sed pulcherrima specie esse deceat: aut non omne quod ortum sit mortalitas

charitas annonæ copia uini rependit᷑: dolor corpis: animi lætitia: & sic de similib⁹ Horatius dicit in sermonib⁹. Amicus dulcis ut æquum est cum mea cōpenset uitiis bona. FERRE tolerare ipsa icōmoda cum nullam hēant bonoꝝ mētis compēsationem: nullam cōstantiam aspera quæq̃ tolerãtem atq̃ frãgentem. QUI VERO deridet eos qui mũdo aĩam dederũt: quæ inqt non pōt in alia figura q̃ humana eē: hoc nō itellexerunt huius opīonis autores. DE quo qnã re .i. forma aiæ recipiendæ apta: his uerbis: de forma ptim nos natura ammonet: ptim nos rō docet. HACTENVS huc usq̃ & tãtum sine solũ. TARduitatē hebetudinē: cylindrus hēt rotũditatē in lōgitudine ut est colũna quadratũ est figura quattuor hñs latera: & æquales angulos quattuor Con⁹ rotũditatē hēt fastigiatã sine laterib⁹ quales sũt fructus arboris pinus: & fastigia galearum. Pyramis est moles q̃drãgularis ī acutũ adsurgēs ad formã ignis & flãmæ uñ habuit nomen. TORqueat᷑ rotet᷑ & noluat᷑. CONstans trãq̃lla sedata: secura imobilis. INSIstere qescere. QVOD q̃ diuexatio īqt hũano corpi molestissima est qm̃ qd᷑ diuexat᷑ nō est sui iuris: & uexatio magnã p̃se fert calamitatē: sic ē̃t cōgruẽdũ ē de deo inqt si celerrimo motu torquetur. INCVLtas desertas aut nimio calore aut rigore: ut plaga septētrionalis: & australis. APPVLsu accessu admotōe. QuALIA c⁹ naturæ ac ꝓprietatis. AB ultio supioꝝ a prīo physico .i. uenatore ipi⁹ naturæ: atq̃ iterpte: thales ergo ascēdēdo erat ultim⁹: descendēdo prim⁹: sic ultimũ autorē sanguis dicim⁹ p̃ricipē origīs. REPenta renarrabo icipiēs a thalete milesio q aquã dixit eē q̃ nata sũt oīa: & sic materiã reꝝ oiuz posuit i humore pricipiũ & cãz nascēdi posuit in deo. SI DII pñt eē q̃si dicat eē nō pñt sine corpe sensib⁹ p̃dito & rōne siue mēte q̃ alr̃ itell's & itelligētia dr̃. CVR aq̃ alia derisio: si ex snia thaletis de⁹ est mēs icorpea q̃dã cur eã aq̃ tãq̃ corpi adiũxit. CONstare p se eē sine corpe. NAtiuos rpatios .i. ortũ hñe & occasũ licet diu uiuãt Anaximãder & Anaximenes milesii fuerũt. INteruallis spatiis tpis. EOSq̃ deos nil aliud eē dixit q̃ mũdos īfinitos. SED nos epicurei uidelicet nō dicim⁹ eē deũ natiuũ & rpariũ: sed æternũ. QVI qũo q̃ rōe. AERA spirabilē naturã q̃ latie aia dr̃ græce uero aer: q̃a semp fluit & spirat. STAtuit iudicauit cēsuit. INFInitũ i terminatũ īfinitas dr̃ q̃titas q̃ caret extremis. Numer⁹ īfinit⁹ īqt p̃lis prio de cœlo ē ille q caret termio ī multitudine: corp⁹ hñs finē ē finitũ et si distãtia lineaꝝ tãta sit ut alia maior nō repiat᷑. QVASI aut aer deridet hãc opionē: dicēs aer sine forma & figura nō p̃t eē de⁹: cui attribuēda ē spēs pulcherrima sora uidelicet p̃stãtissima quã epicurei hũanã eē dicebãt ut post paulo patebit.

CONSEquatur attingat qm̄ oīa orta occidūt. Anaxagoras fuit claro menius & deum esse dixit infinitam mentem quæ per se ipsam moueat. DISCIplinā physicā sciam. Anaxagoras inqt uelleus primꝰ cēsuit mētē diuinā cōgeriem illā quattuor elemētoꝝ segregasse in ꝓprias formas siue naturas: & cuiq; suū modū & pfectionē cōstituisse: globꝰ ille reꝝ quo ptes reꝝ oium cōtinebant: chaos aliqn̄ dr̄: & omiomeria: pp similitudinē priū. Vñ Lucretꝰ. Nūc & Anaxagore scrutemur omiomeriā: quā græci memorāt: sed nr̄a dicere lingua nō sinit nobis patrii sermonis egestas. Anaxagorā sequūt Ouidius i metamorphosi dixit. Ante mare & terras & qd̄ tegit oīa celū. Vnꝰ erat toto naturæ uultus i orbe. quē dixere chaos rudis indigestaq; moles deinde. Hāc deꝰ & melior litē natura diremit. Nā celo terras & terris abscidit undas. Meliorē naturā appellauit ꝓpriā & uerā cuiusq; rei formā: duplex ē enī natura ut in physicis dicit phs. Materia uidelicet & forma: q̄ ē natura q̄dā ꝑstatior unūq̄dq; ait ille tum magis dr̄ cū est actu q̄ cū potētia: & si ē forma est ēt natura. DESCRIptionē designationē effigiationē: & cōformationē. MOdū mensurā quātitatē qualitatēq;: ac pfectionem a mō modulus p diminutionē: Est modus in rebꝰ īqt horatiꝰ sunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; neqt cōsistere reꝝ. i. decēs: & cōueniēs. VI potētia diuinæ mentis quā īfinitā dixit anaxagoras. RAtione cōsilio: arte: atq; itelligētia. DESIgnari describi definiri: & ordinari. ET cōfici absolui dādo uidelicet cuiq; suū modū & pfectionē: ordo est Anaxagoras uoluit oium reꝝ descriptionem & modū designari & cōfici ui ac rōne īfinite mētis. IN quo nō uidit deridet epicureus hāc opionem: dicēs: non pspexit anaxagoras rei īfinitæ naturā: qm̄ sensibilis motus: & cōiunctus nō pōt eē in re īfinita: neq; aliqs sensus quo res sensu aliquo pcipiat̄ uisu uidelicet auditu: tactu: olfactu: & gustu. SENsui cōiūctū motū sensibilem: qm̄ motꝰ sine corpe naturali esse nō potest.

consequatur. Inde Anaxagoras: q accepit ab Anaximene disciplinā: primus omnium rerum descriptionem: & modum mentis īfinitæ ui ac rōne designari & cōfici uoluit: in quo nō uidit: neq; motū sensui cōiunctum & cōtinentem in īfinito nullum esse posse: neq; sensum omnino: quo ipsa natura pulsa sentiret. Deinde si mentem istam quasi animal aliquod uoluit esse: erit aliquid īterius: ex quo illud aial nominetur. Quid aūt interius mēte cingitur? Igitur corpore externo. Quod quoniā nō placet: aperta simplexq; mens nulla re adiūcta quæ sentire possit: fugere intelligētiæ nostræ uim & notionem uidetur. Crotoniates autem Alcineo: qui soli & lunæ reliquisq; syderibus animoq; præterea diuinitatem dedit: nō sensit sese mortalibus rebus īmortalitatem dare. Nam Pythagoras: qui censuit animum eē per naturam rerum omnem intētū & cōmeantē: ex quo nostri animi carpent̄: non uidit

CONtinētem iugem cōtinuatū: unde dicimus cōtinēs imperiū: cōtinēs malū: cōtinentem matrem continētem orōnē & similia. OMNIno penitus. SENsum iudicium sensuū qui de suis obiectis adequatum iudicat. QVO sensu: & per quē uelut aiæ istrm. NATVRA ipsa mens īfinita: quæ est natura q̄dam: noīe naturæ res oēs naturales intelligunt̄. Natura inqt lactantius dr̄ a nascēdo: nec alio noīe appellari pōt ea uis inquā inest & ꝓudentia excogitandi: & solletia potestasq; faciēdi melius igr̄ Seneca oium stoicoꝝ acutissimus nil aliud dixit eē naturā q̄ deum. PVLsa tacta & mota ab aliquo obiecto: unde dicimꝰ imago illa me pellit. i. tangit: & mouet alibi dicit Cicero ut animi pellant̄ uehemētius inde pulsus dr̄ uenæ subsultio & motus sanguinis. NATVra ꝓprietas & dispositio naturalis ipsius infinitæ mentis: quæ ex epicuri sniā nihil pōt sentire sine corpore ac sensibꝰ: quæ opinio absurdissima est: sed epicurei nesciūt auocarē mētem & rōnem a sensibus quos ipsi hn̄t & solos & certos iudices. DEINde si mētē affert aliā rōnē qua ostendit absurdā eē anaxagoræ opionē dicētis īfinitā illā mētem eē quasi quoddā aial. Si aial est inqt necesse est ut intra se hēat aliquid pp qd̄ dicat̄ aial: quæ appellatio nō cōpetit nisi habētibꝰ sensibilem aiam: aial inquit phylosophus est obsensum cū sit substātia aiata sensibilis: mens autē nihil intra se hēt pp qd̄ dicat̄ aial. ergo talis mēs nō est aial: & itelligi a nobis nō pōt si nō hēt corpꝰ: nō hēt corpꝰ ut dicit anaxagoras nulla est igr̄. ALIquid. i. aiam pp quā dicat̄ aial: sed itra mētē nihil cōtinet̄. CINgit̄ ambit̄ & claudit̄ quasi dicat nil pōt mēte cingi cū ipsa mēs nō sit corpꝰ quo itrinseca cingunt̄: ergo si nihil mēte cingitur corpe extrinseco ipsa mēs cinget̄: habebitq; corpꝰ. hoc aūt uos negatis dicitisq; illam eē icorporeā & liberā. igr̄ si talis est itelligi a nobis nō pōt & p cōsequēs nihil est. INTErius itrinsecū & itus cōtentū. APErta nuda. SIMplex incōposita icorporea. NVLLA re sine admixtione alicuiꝰ rei sensibilis & corporee. QVA per quā tanq̄ per organum: & instrumētum ut est corpus cum organis & sensibꝰ. VIM potētiam & naturā nō cognoscimus inqt nisi sensibile. NOTIOnem intelligētiā q̄ sensibꝰ inuit̄: cōuenit hæc sniā uoluptariis & epicureis: quoꝝ cognitio pendebat omnis a sensibus: mentem non habebant qua mentis natura & uis dispicitur. ALCINEO crotoniates e crotonæ clara quondam urbe calabriæ ad mare: hic fuit pythagoricus. NON sensit deridet alcineonis sententiam: Pythagoras fuit samius & italicæ phylosophiæ dedit auspicium dixitq; deum eē animū q per uniuersas mundi partes omnemq; naturam cōmeantem atq; diffusum: ex quo quæ nascuntur animalia uitam capiant. NATVRAM proprietatem & qualitatem omnium rerum naturalium. i. elementorum. INTENTVM diffusum. COMmeantem euntem: & penetrantem. NOSTRI humani Virg. dixit deū ire per omnis terras tractusq; maris celumq; profundum. NON uidit deridet opinionem Pythagore.

DISTRACTIONE separatiōe & auulsione. MISERI īfelices & uitiosi. INFIxus inexus īherēs. INFVsus īmixtus cū nullū hēat corp⁹: sine quo nil posse cōsistere atq; cōmisceri hebetes epicurei opinabant̄. Xenophanes fuit colophonius: asseruitq; dei substātiā rotūdā eē & globosam: nihilq; cū hoibus hr̄e cōe: totū: cernere: totūq; audire simulq; eē oīa mūtē prudētiā æternitatē. In lucullo scribit idē cicero xenophanes unū oīa neq; id eē mutabile & id eē deū neq; natum usq; & sempiternū cōglobata figura. ADIVNCTA addita ipsi deo quē dixit eē .qddā infinitū. DE IPSA mēte deridet hāc sniam: rephēdet ut alii rephēsi sunt qui putarunt mētē eē posse sine corpe: maxime aūt taxabit̄ de ifinitate: q̄ nullū pōt hr̄e sensum aut motū cū nullū hēat corp⁹ ut de anaxagora blapterauit. CONiunctū coagmētatū atq; corporeū, parmenides fuit italus ex elea urbe lucaniæ. hic duo elemēta eē putauit ignē & terrā: illum opificis. hāc materiæ locū tenere ac ordinem in lucullo dicit parmenides opinatus ē deū eē ignē q̄ moueat terrā q̄ ab eo formet̄. COMmentitium fictū ad libidinē Stephane græce dr̄ latine mōtis uertex. Stephanos uero corona. CONTInētē ardorē cōprehēdentē & hn̄tē in se ardētē & igneā lucē. ORBEM circulū quēdā igneū & splēdidū quē uocabat deū mūdi parmenides: ordo ē effecit cōmentitiū qddā orbē .s. cōtinētē ardorē lucis: qd̄ cōmētiū stephanen appellauit a coronæ sīlitudine. INquo deridet talē opinionē in qua reiqt nulla pōt eē diuina figura ut est humana neq; sensus: cū nullū hēat corp⁹. EIVS dē parmenidis multa sunt pter ordinē naturæ dicta & deo inepte attributa. REVOcat refert & reducit ad naturā diuinā. GENEris eiusdē silia et talia q̄ mortalia & caduca sunt. DE SYderib⁹ q̄n dabat eis diuinitatē. IN alio ī alcmeone: quē taxauit q̄n reb⁹ mortalibus īmortalitatem dedisset: empedocles fuit agrigētin⁹ de quo lucreti⁹ quoq; agragātinus cū primis empedocles est. Insula quē triqtris terraq; gessit in oris. Carmina qn ēt diuini pectoris ei⁹. Vociferātur & exponūt pclara repta. LABItur cadit ī errorē ignominiosissimū. Q VATTVOR quattuor elemēta reꝝ oīum & pricipia. SENSV corpe sensib⁹ pdito. LIQVEAT clarū sit & certum. SVSPIcari opionē uel minimā hr̄e: q̄si dicat nō: eū dixerit sibi nō liqre. Democrit⁹ fuit abderites. IMAgines figuras atomoꝝ minimas. CIRcuit⁹ agitatiōes. ILLAM naturā uim: siue mētē: siue rōnē q̄ imagines emittit ac mouet: hoꝝ snia iqt lactāti⁹ q̄uis icerta sit eodem tn̄ spectat ut puidētiā unā cōsentiāt: siue .n. natura siue ether siue rō siue mēs: siue fatalis necessitas siue diuina lex siue q̄cqd aliud dixeris idē est qd̄ a nobis dr̄ deus: nec obstat appellationum diuersitas cum ipsa significatione ad unum oīa reuoluant̄. FVNDIT spargit per omne mēbrum naturæ: pterea sniam humanā dicit eē diuinam: aīamq; diuinam. APOLloniates ex apollonia urbe illyrica quæ nunc uulgo aulona dicit̄. SENSVM cognitionem cū nō hēat corpus & organa sensitiuæ potentiæ. FORmā figurā cū sit natura q̄dam spirabilis incōstās & semp fluens. INCONstātia leuitate: uarietate: mutabilitate cū pugnātia & dicat & sentiat. NOMInari uerba platonis hæc sunt opificem q̄dem & prem mūdi inuenire difficile: & cū iam inueneris pdicare ac eloqui uulgo impossibile est.

Distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari deum: & quum miseri animi essent: qd̄ plerisq; contingeret: tum dei partem eē miseram: quod fieri nō potest. Cur autem quicq̄ ignoraret animus hominis: si esset deus? Quomodo porro deus iste si nihil esset nisi animus aut īfixus aut īfusus esset in mūdo? Tum Xenophanes: qui mente adiuncta: omne pterea qd̄ esset infinitum deū uoluit eē: de ipsa mēte item reprehēdetur ut cæteri: de infinitate aūt uehemētius: in qua nihil neq; sentiēs: neq; cōiunctum esse potest. Nā Parmenides Cōmentitium quiddam coronæ similitudine efficit. Stephanē appellat: cōtinētem ardorem lucis orbē: qui cingit cælum: quē appellat deū in quo neq; figurā diuinam: neq; sensum quisq̄ suspicari potest: multaq; eiusdē mōstra; q̄ppe qui bellū: qui discordiam: qui cupiditatem: cæteraq; generis eiusdē ad deū reuocat: quæ uel morbo uel somno: uel obliuione uel uetustate delentur. Eadēq; de sydenbus: quæ reprehēsa in alio iam in hoc omittant̄. Empedocles aūt multa alia peccās in deorum opinione turpissime labitur. Quatuor enim naturas ex quibus oīa cōstare censet: diuinas esse uult quas & nasci & extingui perspicuum est: & sensu omni carere. Nec uero Protagoras: qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat: sint non sint: qualesue sint quicq̄ uidetur de natura deorum suspicari. Quid Democritus: qui tum imagines earumq; circuitus in deorum numero refert: tum illam naturam quæ imagines fundit ac mittit: tum scientiam intelligentiamq; nostram: non ne in maximo errore uersatur? Quum idem omnino quia nihil semper suo statu maneat: neget esse quicq̄ sempiternum: non ne deum ita tollit omnino: ut nullam opinionem eius reliq̄ faciat? Quid aer: quo Diogenes apolloniates utitur deo? quem sensum habere potest: aut quam formam dei? Iam de Platonis inconstantia longum est dicere: qui in timæo patrem huius mundi negat posse nominari. In legum autem libris quid sit omnino deus:

ANQ VIRI diligenter & curiose iuestigari: anquirere est undiq; qrere. Idem in oratoriis libris dicit' anquirētibus nobis. SENSV indito sensuū cum nō habeat corpus: qd soma græci appellant: inde asomata incorporea. PRVDENtia pfecta rōne atq; scia quā extra corpus nullā eē opinabant epicurei. VOLVptate delectatione corporis & animi. alis.n. uoluptas ducebant sine corpe nō pcipi: nomina nostra tribuit deo sensum: intelligēnam: & uoluptatē: igit ui corpus hēat necesse est: ita tales hoies hallucinabantur. ET ASTRA Platonis uerba hæc sunt. Itaq; oibus his de causis opifex deus mūdum beatū deū effecit: astra etiā erroris expta q diuina aīalia sunt: terram aūt altricem nostram eē uoluit nec non primā antiquissimamq; deorū oīum qui intra celū geniti sunt: cæterorum uero qui demones appellātur & cognoscere & enuntiare ortum maius est opus q ferre nostrum ualeat ingeniū: priscis itaq; uiris hac in re credendum est qui dus genitii ut ipsi dicebant parētes suos optime nouerūt. ET ANIMOS dixit esse diuinos. ET EOS ut oceanum: tethyn: Saturnum: rheam Iouem. Iunonem & reliquos. INSTITVtis ordinationibus ciuilibus & legibus. REPVgnantia contraria: nam cū dixisset quid sit deus anquiri non oportere: postea rebus etiam insensatis: Brutis & mortalibus certam diuinitatem attribuit. IN HIS inter ea quæ in commētariis repetit a socrate dicta & desputata: quattuor uolumina sunt q uel cōmentariæ inscribuntur uel de dictis & factis a socrate memoratu dignis. FACIT inducit. HISdem in erratis lapsibus & falsis opinionib9: quales Platonicæ sunt. Antisthenes fuit atheniensis. POpulares priuatos & populorum institutis consecratos Plato agens de legibus dicit: deos nō natura sed arte constare uolunt: eosq; alius alios esse prout singuli secum consentientes lege sanxerunt: priuatem uero singuli populi īquit lactantius gentis aut suæ urbis conditores seu uiri fortitudine insignes erant seu fœminæ castitatæ mirabiles summa ueneratione coluerunt: sic per populos atq; regiones uaria sacra suscepta sunt dum grati homines eē in suos principes cupiunt. VIM potentiam & numen: cum dicat esse deos populares. NATVRAM proprietatem & qualitatem. EAMq; uim diuinam dicit esse animam quā sine corpore constare non posse dicebant epicurei. EVELLERE extirpare quoniam talis uis animalis incorporea intelligi a nobis nō pōt. IN TERTIO de philosophia libro in opere qd' de celo mundoq; inscribitur quod est in ordine tertium: quoniam liber primæ philosophiæ quæ metaphysica dicitur omnibus scientiis præponitur: in eo enim de his agit' quæ sunt cōmunia ei qd' est. In libro physicorū agit' de natura mobili. Natura ē principiū mot9 & qetis in eo in quo est. In libro de celo agit' de una spē mot9 q dr circularis: deinceps alii sūt in quib9 aliæ formæ motuū explicant'. Adde etiā q philosophiæ rō tripartita est. Vna de uita & morib9. Secūda de natura: & rebus occultis. Tertia de rōne disserendi q ob id dialectice dr. i. disputatrix & rōnalis. Aristoteles inq' lactātius q̄uis ipse secū dissideat: ac repugnātia sibi & dicat & sentiat ad summū tn unā mētem pesse mūdo testat': hæc ille: Aristotelis uerba hæc sunt celum est pfectum & completum per secula supra ipsum nō est alia causa nota ut moueat ipsum si igit' inueniat' alia causa tūc erit etiam perfecta existēs æterna: & post ipsam nō erit alia nobilior. MENTI rationi PARtes puinciā & curā. REPLicatione reuolutione qua cuncta mouet. ARDOrem igneum splēdorē. DESIgnarit descripserit & finxerit esse deum. SENSVS mens ió īnelligētia. TANTA tam magna: hoc ió dicit qm̄ epicurei ociosam quietā & feriatā natura' diuinā opinabant'. VBI in quo loco si celū etiā de9 dr: qd' nos deorū domiciliū asserim9: seq' ingt absurdū hoc ut de9 sit in deo: & dii deorū domicilia & sedes hēant'. SENsu cognitiōe sensitiua q ē p corp9.

anquiri oportere nō censet. Quod uero sine corpore ullo deum uult eē: ut græci dicunt asomaton: id quale eē possit intelligi nō potest. Careat enim sensu necesse est: careat etiam prudentia: careat uoluptate: quæ omnia una cum deorum notione cōprehēdimus. Idem etiam in timæo dicit & in legibus: & mūdum deum eē & cælum: & astra: & terrā: & animos: & eos quos maiorum institutis accepimus: quæ & per se sunt falsa pspicue: & inter sese uehemēter repugnantia. Atq; etiam Xenophon paucioribus uerbis eadē fere peccat. Facit eni in iis quæ a Socrate dicta retulit: Socratem disputantē formā dei quæri non oportere: eundēq; & solem & aīum deum dicere: & modo unum: tum aūt plures deos quæ siuit iisdem in erratis fere: qbus ea quæ de Platone dicimus. Atq; Anthisthenes in eo libro q physicus inscribitur: populares deos multos: unū naturalem esse dicens: tollit uim & naturam deorū. Nec multo secus Spseusippus Platonem auunculum subsequens: & uim quādam dicens: qua omnia regant': eamq; animalē euellere ex animis conat' cognitionem deorū. Aristoteles in tertio de philosophia libro multa turbat a magistro Platone uno dissentiens. modo enim menti tribuit omnem diuinitatem: modo mūdum ipsum deum dicit: modo quēdam alium pficit mūdo: eiq; eas partes tribuit: ut replicatione quadā mundi motū regat atq; tueatur. tum cæli ardorem deum dicit eē: nō intelligēs cælum mūdi eē partem: quā alio loco ipse designarit deum. Quō aūt cæli diuinus ille sensus in celeritate tanta conseruari potest: ubi deinde illi tot dii: si numeramus & cælum deum? Quū aūt sine corpore idem uult eē deum: omni illū sensu priuat &

Prudentia

PRVDENTIA perfecta rõne & intelligentia: quæ perficit animam corpore inclusam: & mundus inquit sine corpore moueri non põt: hæc opinio tardis epicureis cõuenit qui ad corpus omnia referebãt: & deũ sine corpore suspicari nõ poterant: Xenocrates fuit calcedonius & ipse Platonis discipulus. SPECIES figura formæ. VAGIS errantibus & planetis. IN STELLIS in numero stellarum. QuASI e dispersis deridet hãc opinionem Velleius: absurdum est inquit e diuersis & dispersatis stellis quasi mẽbris cõponi & formari deum quẽ simplicem & purum eẽ: multis nõ est simplex qui e dispersis membris effingit. DISPERSIS dissipatis per totum celum. REFFERSIT repleuit. ET TVM modo & interdum dicit mũdum esse deum interdum uero mentem.i.rõnem & intellectum eẽ diuinum.i. deum eẽ mẽtem quãdã sine corpore. SENSV cogitatione sensitiua quæ fit per organa corporis. MVTABILEM uariabilẽ. IN DEOS in numerum deorum. INCONstantia leuitas. MENTI rationi & animo. SIGNIS imaginibus in cælo notatis atq; Zodaico: quẽ latine signiferum dicimus. Strato fuit Lampsacenus: & pysicus iccirco dict⁹ est qm̃ in ea speculatione præ cæteris uersatus est. IN NAtura efficacia & potentia ꝑcreatrice: atq; effectrice rerũ omnium. Vis qppe diuina elucet maxime in natura.i. productione eſſentiarum omnium: & qualitatẽ ex nihilo: aut ex supposita materia: natura certe duas habet causas efficientem uidelicet: & id quod efficitur: in prima est uis efficiendi in altera recipiẽdi aptitudo. & formarum subiectum. CAVSAS efficientiã & uim: siue potentiam: strato igit̃ opinabitur deum eẽ naturam rerũ: & uim qua omnia nascunt̃: augentur: & minuuntur. SENSV cognitiõe: atq; forma. ZENO fuit cypri⁹ ex urbe citio unde citieus princeps stoicorũ. NATVralem legem.i.rõnem insitam naturæ: iubentẽ ea quæ fieri decet. prohibentemq; inhonesta & indecora: cui naturali legi consentanea esse oportet ciuilia instituta: illud enim ius primum appellatur. Hoc uero secundarium Zenonis igitur opinio erat legem naturalem eẽ deum. VIM efficaciam: & imperium qui ergo manẽt in lege naturæ deo optimo maximoq; legislatori obsequunt̃ & parent. QuAM LEgem deridet hanc opionem ut absurdã Velleius dicitq; hãc legẽ & eno nunq̃ efficiet aiatam: qm̃ sine corpore aĩa eẽ nõ põt. nos aũt dicim⁹ deũ hr̃e aiam: & prudẽtiã. ETHERA ignem uim efficiẽdi hũtem. SI INtelligi põt illa res inqt naturam diuinam hr̃e nõ põt quæ aiam nõ hẽt nihil sentit nihil itelligit. QuI TALIS deus nunq̃ cõcipit̃ aĩo a nobis: aut in mẽtẽ uenit cũ ad deũ ꝑces effundimus: cũ aliqd ab eo desideram⁹ optamusq;: necnõ cũ aliqd tonem⁹ atq; ꝑmittimus: imaginamur inqt in his oĩb⁹ deum sentientem atq; prudẽtem: quapropter aiantem eẽ oportet occurrere in hoc loco est in mẽtẽ uenire: & ꝑ oppositũ nõ occurrit: & nõ succurrit dicim⁹. RAtionẽ quãdã ordinẽ: normã: & sciam oĩa moderãtem & cõtinẽtẽ hr̃e uim diuinã. PERTInẽtem diffusam extẽsam ꝑ q̃litatẽ rerũ oium. AFFECTAM dispositam: & talibus ꝑditã qualitatib⁹ & dotib⁹ ut diuina sit: uimq; hẽat diuinã: sitq; deus. HOC idẽ diuinã quãdam uim: quã suis ostẽdunt mutationib⁹. TOLLIT oĩno qm̃ physice interꝑtans ostẽdit fictis noĩb⁹ ipsarũ rerũ ꝓprietates ostendi atq; originationes ab hesiodo: q uelamẽtis poeticis naturã inuoluit: quã physicus.i. naturæ apertus interpres atq; uenator ueris appellationibus explicat. PERCEPTAS aĩo cõprehensas.

prudentia. Quo porro modo: mũdus moueri potest carens corpore. Aut quomodo semper se mouens eẽ quietus & beatus potest? Nec uero eius cõdiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior: in cuius libris qui sunt de natura deorum: nulla species diuina describitur. Deos enim octo esse dicit: quinq; eos qui in stellis uagis nominantur: unum qui ex omnibus syderibus: que infixa cælo sunt ex dispersis quasi membris: simplex sit putandus deus: septimum solem adiungit: octauumq; lunam: qui quo sensu beati esse possint: intelligi non potest. Ex eadẽ Platonis schola Ponticus Heraclydes puerilibus fabulis refersit libros: & tum mundum: tum mentem diuinam eẽ putat: errantibus etiã stellis diuinitatẽ tribuit: sensuq; deum priuat: & eius formam mutabilẽ esse uult: eodemq; libro rursus terram & cælum refert in deos. Nec uero Theophrasti inconstantia ferẽda est. Modo enim menti diuinum tribuit principatum: modo cælo. tum autem signis syderibusq; cælestibus. Nec audiendus eiusdem auditor Strato is: qui physicus appellatur: qui omnem uim diuinam in natura sitam esse censet: quæ causas gignendi: augendi: minuendiue habeat: sed careat omni sensu & figura. Zeno autem: ut iam ad uestros Balbe ueniamus: naturalem legem diuinam esse censet: eamq; uim obtinere recta imperantem: prohibentemq; contraria: quam legem quomodo efficiat animantem intelligere non possumus. Deum autem animantem certe uolumus esse. Atq; hic idem in alio loco æthera deum dicit: si intelligi potest nihil sentiens deus: qui nunquã nobis occurrit: neq; in præcibus: neq; in optatis: neq; in uotis. Aliis autem libris rationem quandam per omnium naturam rerum pertinentem: ut diuinã sit affectam putat: idem astris hoc idem tribuit: tum annis: mẽsibus: annorumq; mutationibus. Q uum uero Hesiodi theogoniam idest originem deorum interpretatur: tollit omnino usitatas perceptasq; cognitiones deorum. Neq; enim Iouem: neq; Iunonem: neq; Vestam: neq; quemquã qui ita appellatur in deorum habet numero: sed rebus inanimis atq; mutis per quandam

SIGNIFICATIONEM ꝓprietatē naturæ & qualitatē: quā fictum nomen significat: omnis enim nis fabularū fictis noīb⁹ cōtinet: & citra noium interpretationem ueritas fabulæ intelligi non pōt. Idem est poetæ dicere ex rhea & throno nasci Iouē: q̄d physicoꝝ materia fluxa cū tpe nasci hoc & illud q̄d ꝓprias & distinctas hēt q̄litates. ARIsto fuit ceius: siue cius a cea insula prope euboeam. SENSVM cognitionē aliquā. NESIT animans an hēat animā.

CLEANTES fuit ex asso urbe troades & Zenonis successor in schola & disciplina stoica. CVM EO aristone.

MENTI atq; aīo rōni atq; ꝓuidētiæ q̄ oēm naturā regit: fouet modificat: & hæc mens totius naturæ dicebat̄ a cleante aīa mūdi & deus. ARDOrē ignē oīum elemētoꝝ supmū. DELYrās a uera exorbitās uia & īsaniēs.

CONTRA uolūtatē liberꝗ arbitriū q̄d fatali necessitati subiciebat. TVM: modo: interdum: aliqn̄. RAtione mente atq; intelligētia. MENTE cogitatiōe: cōceptu animi & ymaginatione. IN ANImi nōne intelligentia. IN VEstigio in aliquo signo & nota: ut sunt uestigia pedū: quoꝝ formæ quantitatē & qualitatē rei signate ostēdunt impressa inq̄t & signata est in animi nostri cōceptibus diuina forma: quā reddit ambiguā hallucinatio cleantis & inconstantia. REPONERE collocare atq; figere ut certam dei notionem hēamus.

PERSEVS fuit citieus popularis Zenonis & auditor. CVLTVM ornatum: & utilitatem absurdum dr̄ q̄d rōni nō cōsonat: de per hoc ineptū: & incōueniēs.

SORDIDAS uiles: abiectas. DEFORmes turpes: caducas: & nullo honestamēto decoratas. IN DEOS in numeꝝ deorum. CVLTVS conueniens ueneratio & memoria esset luctuosa: etenim cultui mortuorum nil magis conuenit q̄ lachrymę. CHRYSIPPVS fuit solensis. SOMnioꝝ uanaꝝ opīonū qualia sunt somniantium uisa. VAFERrimus acutissimus & astutissimus enarator. CONIEctura imaginaria opinione.

INFORmare effingere formamq; aliqū accōmodare. COGItatione ymaginatione. RATIOne ītelligētia simplici & prouidētia sine pronea: ac per hoc deos quē talibus appellationib⁹ enuntiabant. VNIVERsæ cōmunis: & mundanæ: & sic opinabat̄ deum eē aīum mundi quē noīe tot⁹ naturæ ītelligebat: singulares q̄ppe naturæ mūdi ꝑtes sunt. FVSIOnē extēsionē per oēm naturā. Sic Virg. dixit deū ire per oēs terrasq; tractusq; maris: celūq; ꝓfundū. EIVS ipsius animi uidelicet. PRINCIpatū ꝑstantiorē partē atq; uim. i. consummatissimā rōnē atq; sapiētiam principatus dicit̄ id q̄d in quoq; genere est ꝑstantissimū. MENTE & rōne in excellentia mentis & rōnis: habet quippe anim⁹ tenerum q̄d & molle: appetitū uidelicet uarium: habet & rōnem quam ꝑfici sapientia in qua est animi principatus. CONTInentē cōprehēdentem & cōseruantem cōmunē & uniuersam rerum qualitatē & ꝓprietatem ordo est dicit animi principatum cōtinentē cōmunē naturā esse deū. TVM modo & īterdū ꝑterea.

FATALEM umbram adumbratā quandā ymaginē & fictam quā uocat fatum. Idem cicero agens alibi de dogmate ueterum academicoꝝ dicit. partes asserebāt eē mūdi oīa quæ insint in eo quæ natura sentiente teneantur: in qua ratio perfecta insit quæ sit eadem sempiterna quam uim animum dicunt esse mundi: eandemq; esse mentem: sapientiāq; ꝑfectam quem deum appellant: omniumq; rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudētiam quādam ꝓcuratem: quā interdum eandem necessitatem appellant quia nihil aliter possit atq; ab ea constitutum sit: quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni: nonnunq̄ quidem eandem fortunam: q̄ efficiat multa improuisa nec opinata nobis propter obscuritatem ignorationemq; causarum.

significationē hæc docet tributa nomina. Cuius discipuli. Aristonis non minus magno in errore sententia est: qui neq; formam dei intelligi posse censeat: neq; in diis sensum esse dicat: dubitetq; omnino deus animans nec ne sit. Cleantes aūt qui Zenonem audiuit una cum eo quem proxime nominaui: tum ipsum deum mundum dicit esse: tum totius naturæ menti atq; animo tribuit hoc nomen: tū ultimum atq; altissimum atq; undiq; circūfusum & extremum: omnia cingentem: atq; complexum ardorem: qui æther nominetur: certissimum deum iudicat. Idemq; quasi delyrans in his libris: quos scripsit contra uoluntatem: tum confingit formā quādam & speciem deorum: tum diuinitatem omnem tribuit astris: tum nihil ratione censet esse diuinius. Ita fit: ut deus ille: quem mente noscimus: atq; ī animi notione tanquā in uestigio uolumus reponere: nusquā prorsus appareat. At Perseus eiusdem Zenonis auditor eos dicit eē habitos deos: a q̄bus magna utilitas ad uitæ cultum eēt inuenta ipsasq; res utiles atq; salutares deorum esse uocabulis nūcupatas: ut ne hoc quidem diceret illa inuenta esse deorum: sed ipsa diuina. Quo quid absurdius? quam aut res sordidas atq; deformes deorum honore afficere: aut hoīes iā morte deletos reponere in deos: quoꝝ oīs cultus eēt futurus ī luctu? Iā uero chrysippus: q̄ stoicoꝝ somnioꝝ uaferrimus habet̄ īterpres: magnam turbā cōgregat ignotoꝝ: ut eos ne cōiectura quidē īformare possimus: quū mēs nr̄a q̄duis uideat̄ cogitatiōe posse depingere. Ait eni uim diuinā ī rōne eē positā: & uniuersæ naturæ aīo atq; mēte: ipsumq; mūdū deū dicit eē & eius animi ī fusionē uniuersaꝝ: tum eius ipsius principatū: q̄ in mēte & rōne uerset̄: cōmunēq; rerū naturā uniuersam atq; oīa cōtinētē: tū fatalē umbrā: & necessitatem rerum futuraꝝ. Ignē præterea: & eum quē ante dixi æthera: tū ea q̄ natura

fluerent atq; manarent: ut aquam: & terram: & aera: solem: lunam: sydera: uniuersitatemq; rerum: qua omnia contineantur: atq; etiã homines eos: qui immortalitatem essent consecuti: idemq; disputat æthera esse eum quem homines Iouẽ appellarent: quiq; aer per maria manaret eum esse Neptunum: terrãq; eam: quæ Ceres diceretur. Similiq; ratione persequitur uocabula reliquorum deorum. Idemq; etiam legis perpetuæ & æternæ uim: quæ quasi dux uitæ & magistra officiorum sit: Iouem dicit esse: eandemq; fatalem necessitatem appellat: sempiternam rerum futurarum ueritatem quarum nihil tale est ut in eo nis diuina inesse uideatur. Et hoc quidem in primo libro de natura deorum. In secũdo autem uult Orphei Musei Hesiodi Homeriq; fabellas accommodare: ad ea quæ ipse primo libro de diis ueterrimi dixerit: ut etiam poetæ qui hoc ne suspicati qdem sint stoici fuisse uideãtur. Quem Diogenes Babilonius consequens in eo libro: qui inscribitur de mineruæ: partum Iouis ortumq; uirginis ad physiologiam traducens deiungit a fabula. Exposui fere non philosophorum iudicia: sed delirãtium: somnia. Nec enim multo absurdiora sunt ea: quæ poetarum uocibus fusa ipsa suauitate nocuerunt: qui & ira inflamatos & libidine furentes induxerunt deos: feceruntq; ut eorũ bella: pugnas: prælia: uulnera uideremus: odia præterea: dissidia: discordias: ortus: interitus: querelas lamentationes: effusas in omni intemperantia libidines: adulteria: uincula: cum humano genere concubitus: mortalesq; ex immortali procreatos. Cum poetarum autem errore coniungere licet portenta magorum ægyptiorumq; in eo genere demẽtiam: tum etiam uulgi opiniones: quæ in maxima inconstantia ueritatisq; ignorantia uersantur. Ea qui consyderet q̃ inconsulte ac temere dicantur uenerari Epicurum & in eorum ipsorum numero: de quibus hæc quæstio est: haberi debeat. Solus enim uidit primum esse deos: q̃ in omnium animis eorum notionẽ impressisset ipsa natura. Quæ est enim gens: aut qđ genus hominum: qđ nõ habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quã appellat prolepsim Epicurus: id est anteceptã animo rei quãdam informationem: sine qua nec intelligi quicq̃ nec quæri possit. Cuius rõnis uim acutilitatẽ ex illo

FLVERENT naturalẽ fluxum hñẽt atq; liq̃ssterent. MANArẽt scaterẽt: & laberẽt. VNIuersitatẽ cõẽz uĩ atq; naturã. Singulares cõseruãtẽ naturas: & q̃litates. CONTIneant cõprehẽdent & adseruent. ASSEcuti adepti hũanis suffragiis ob bñficia in eos collata. DISPVtat disputãdo asserit. MANARET flueret. SIMILE rõne pari mõ & uia. PERseq̃t declarat & iterptat. PERPEtuæ nũq̃ abrogatæ legis naturalis q̃ uiuendi normulas in cordib⁹ bonorum uirorꝫ describit: & iccirco ius naturale appellatur primũ ab Aristotele. VIM potentiam efficatiam naturã. MAGIstra moderatrix honestarum actionũ. EANDEM uim dicit eẽ fatalem: & necessitatẽ rebus imponẽtẽ. VERItatem certitudinem: & infallibilem euẽtum: Orpheus fuit trax & de diis scripsit: & Museus etiam atheniẽsis. VETERRIMI ãtiq̃ssimi. SVSPICATI leuiter opinati. STOICI autores stoici dogmatis: estomaco dicit hoc uellens. SVBSEquens sectatus & imitatus in tali genere iterptationis hic diogenes stoicus e seleucia fuit attamen propter uicinitatẽ babyllonius dictus est.

PARTVM emissionẽ puellæ dicũt fabulæ Vulcanũ securi discecuisse caput Iouis: & inde puellã armatã exiuisse quæ minerua inuentrix artium dicit: ratio aũt fabulæ est: q̃ Iuppiter humanũ uidelicet diuinumq; ingeniũ hñẽt i se ui qdã & aptitudine naturali artes ois uerũ ad actũ deducere sine istiꝰ igneo bñficio ac ui elaboratis nll'o mõ pt iccirco Vulcania securis obstetricata Ioui dr. AD physiologiã naturalẽ rõnẽ. DEIVNgit sepat: & oñdit ñ eẽ fabulã: sed naturæ op⁹. FERE q̃si oia q̃ pbi delyrãtes somniarũt nõ iudicarũt rõne ac uia. ut physicos decuisset. uñ dicit Plato rõnes eẽ istra pborꝫ. ABSORdiora irrõnabiliora. SVAVItate iucũditate nũerorꝫ: & cãtib⁹. PORtẽta pdigiosas & uanas opiones eorꝫ q magicẽ exercuerũt. i. icãtatiões: euocatiões inaniũ & cætera id gen⁹ q̃ supstitiõe quondã repleuerũt orbẽ. Sic ẽt ægyptii q mõstra q̃dã i deos retulerũt: adorarũtq;: nec ñ portitorẽ stygiũ: atq; uelaturã cõmẽti sũt. IN eo gñe opione de numĩb⁹ supis iferisq;: nec ñ naturis & pprietatib⁹. Vulgi impite mltitudis uaria q̃q; sine aliquo delectu colentis. INCONstãtia leuitate atq; fluctuatiõe. INConsulte ĩprudẽter. TEmere ĩcõsiderate: ac sine iudicio. SOlus. n. laudat epicurꝫ a mõ & uia q̃ solus ille deos eẽ cognouit: cũ cæteri p ea q̃ scrã sũt autorẽ se cognouisse gliarẽt: qđ epicurus absurdissimũ arbitrat ẽ dicẽs mũdos ifinitos nã cõstare ac regi. QVOD i oĩuꝫ hec erat uia & rõ epicurea qm̃ ipa nã ipssisset & ignãssꝫ sine aliq̃ doctria cognitiõe deorꝫ qđ cõi gẽtiũ & natiõnũ cõsẽsu affirmabat.

SINE doctrina accñti & extrĩseco documẽta: atq; istructiõe. ANTIcipatõeꝫ pnotionẽ & pceptã añq̃ alr pcipiat cognitionẽ & opionẽ. INFORmationẽ effigiationẽ q̃dã & figurationẽ. SINE q̃ plepsi & anticipatiõe de q̃ laerti⁹ agẽs i epicuro dicit. Sũ. n. atq; hõ noiat cõtinuo p anticipationẽ forma ẽt illi⁹ itelligit: pcedẽtib⁹ ac ducib⁹ sensib⁹: neq;. n. pfecto q̃rerem⁹ qđ igrim⁹ nisi pri⁹ illud nouissem⁹. RAtiõis uia q̃ itur i aliq̃ cognitionẽ. VIM efficaciã: & potestatẽ. DE REgula scripsit epicurus librũ quẽ iscripsit canonẽ: & iudiciũ. i. regulã & normã iudicãdi: cui⁹ meminit laertius his uerbis. Ait igit epicurus in canone sensus eẽ ueritatis iudices: & anticipatiõẽ sine nõ uoluptatem atq; dolorem q̃ in omne aial cadant: perq; illas eligenda & reiicienda diiudicantur.

CELESTI diuino ac per hoc uerissimo ut tardis epicureis uidebatur. FVNDAmētū principiū in omni q̄ōne p̄rimū q̄ppe cōsiderat̄ an sit aliqd deinde quid sit: & q̄le: cōstat inquit p̄ea q̄ dicta sunt eē deos: iā de illo℞ natura & proprietate dicēdū est. INSTItuto ciuili ordinatiōe. humanisq̄ legib⁹: sed ipsa natura docēte. AD unū usq̄ ad unū. i. nemine excepto. INSItas ifixas. INNAtas ingeneratas cognitiōes deo℞. FREE quasi īter oēs. CONSTAT cōuenit estq̄ firmū & manifestū. CONSTAre cōuenire ac ratū eē. REBVS opionib⁹ & sentētiis ab epicuro inuētis: & iccirco nouæ fingēdæ erāt re℞ inuētarum p̄ notæ isigna. EO VERbo tali appellatiōe: ordo est fatemur cōstare illud etiā nos hr̄e hāc anticipationē ut putem⁹ deos esse btōs & imortales: qm̄ eadē natura hoc ēt mētib⁹ humanis isculpsit atq̄ igenerauit. INFORmationē cognitionē p̄ p̄priā formā atq̄ eēntiā. INSCVLpsit ipressit. QVOD æternū hāc s̄niam his uersib⁹ p̄secut⁹ est epicure⁹ lucreti⁹. Ois. n. p̄ se diuū natura neāe ē imortali æuo sūma cū pace fruat̄. Semota a n̄ris reb⁹ se iūctaq̄ lōge. nā p̄uata dolori oī p̄uata piclis. Ipa suis pollēs opib⁹ nihil idiga n̄ri. Nec bn̄ p̄meritis capit̄ nec tāgit̄ ira. Hec est p̄ia epicuri s̄nia ex his quas lectas: & cyrias doxas. i. ratas & firmas opiones epicurei appellabāt. NEGOtii laboris atq̄ molestiæ: nec alios molestia laboribusq̄ afficere: hoc. n. significat alteri negotiū exhibere. TEneri occupari. GRAtia beniuolentia: & beneficentia.

TALIA gratiosa & iracūda qm̄ igt Epicur⁹ hec ostēdit debilitatē & impotētiam: nā qui gratificat̄ q̄ppiā q̄busdam fauorē q̄rit: & adminiculū: & qui irascit̄ uindictā appetit ut læsus: in deo aūt hec non cadūt: nō nec gr̄a nec ira: sed q̄ sit futilis & absurda hec rō postea patebit. SI NIL aliud q̄rimus q̄ diximus inquit de deo: deq̄ eius excellētia & felicitate satis eē uident̄ ad firmādam religionē atq̄ diuinū cultū qm̄ q̄cūq̄ excellens uenerationē meret̄: sī animus ad acriorē indagationē tēdit dispicereq̄ cupit formā & uitā eminētis naturæ ac uenerabilis ut opio anticipata de deo confirmet̄.

PIE religiose: caste: sancteq̄. COLEremus uenerare/mur: & honoraremus. SVPERstitiōe uana religiōe: q̄ uana deo℞ noīa ueneraī: & creaturis honorē exhibet creatoris. SATIS erat dictū sufficiens esse uidebat̄ ad p̄suadēdum diuinæ naturæ cultū. PIEtate religione: humilitate: iustitia: castitate ac puritate animi corp[oris]q̄.

IVSTAM honestā & debitā: nec timeret̄ inq̄t de⁹ cū demonstratū sit in deo nec iram eē nec gr̄am quibus sublatis deus non est timendus. IMPENdere imminere ac futuros esse cum nec gr̄a teneant̄: nec tāgant̄ ira.

OPInionē quā habemus de ui & natura deo℞. VItam uiuēdi modū: & formā. ACTIOnem mētis cogitationē: & contēplationem p̄pria status: & sortis.

AGITAtionē sollertiā meditationē: & curam. AC de forma: deos inquit humanā hr̄e formā eadē natura nos instruit q̄ etiā deos eē mōstrauit: nec nō rō id cōcludit: primo igit̄ de naturali p̄scriptio agit: deinceps rationem tangit quā epicureus putat eē uerissimā cū futilis penitus uariaq̄ sit. SPEciem formā atq̄ figuram.

OCCVRrit apparuit oculis: aut mēti nō uiderūt unq̄ hoies: nec somniarūt aliā formā dei q̄ humanam.

REVOcent̄ reducant̄ ac uera esse p̄bent̄ anticipatione quadā: & n̄ra p̄lepsi. PRImas notiones p̄notiōes & ante p̄ceptas cognitiōes naturales de diuina forma. Ratio aūt epicurea est p̄stantissimæ naturæ p̄stantissima forma debetur: sed humana forma est p̄stantissima ergo hec deo debetur & conuenit. QVE compositio probat assumptum: quasi dicat nulla.

cælesti Epicuri de regula & iudicio uolumine accepimus. Q[uo]d igitur fundamētum huius quæstionis est: id præclare iactum uidetis. Quum enim nō instituto aliquo aut more: aut lege sit opinio constituta: maneatq̄ ad unum omnium firma consensio: intelligi necesse est esse deos: quoniam insitas eorū uel potius innatas cognitiones haberemus. De quo autem omnium natura consentit: id uerum esse necesse est esse igit̄ deos confitēdum est: q[uo]d quoniam fere cōstat inter omnes: nō philosophos solum: sed indoctos: fatemur constare illud etiam hanc nos habere siue anticipationem ut ante dixi: siue prænotionem deorum. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina: ut Epicurus ipse prolepsim appellauit: quā antea nemo eo uerbo nominarat. Hanc igit̄ habemus ut deos btōs & īmortales putemus. Quæ enim nobis natura informationem deorum ipsorū dedit: eadem insculpsit in mentibus: ut eos æternos & beatos haberemus. Q[uo]d si ita est uere exposita illa sententia est ab Epicuro: q[uo]d æternum beatūq̄ sit id nec habere ipsum negotii quicq̄: nec exhibere alteri. Itaq̄ neq̄ ira neq̄ gratia teneri: quæq̄ talia eēnt imbecilla eē omnia. Si nil aliud quærimus: nisi ut deos pie colamus: ut superstitiōe liberaremur: satis erat dictum. Nam & præstans deorum natura hominum pietate coleretur: quum & æterna esset & beatissima. Habet enim uenerationem iustam quicquid excellit: & metus omnis a ui atq̄ ira deorum pulsus esset. intelligitur enim a beata immortaliq̄ natura & iram & gratiam segregari: quibus remotis nullos a superis impendere metus. Sed ad hanc confirmandam opinionem: inquirit animus: & formam: & uitam: & actionem mentis: atq̄ agitationē in deo. Ac de forma quidē partim natura nos admonet: partim nos ratio docet. Nam a natura habemus omnes gētium omnium speciem nullam aliam: nisi humanam deorum. Quæ enim alia forma occurrit unq̄: aut uigilāti cuiq̄ aut dormienti? Sed ne omnia reuocentur ad primas nationes: ratio hoc idem ipsa declarat: Nam quum præstantissimam naturam uel quia beata est: uel quia sempiterna: cōuenire uideatur eandem esse pulcherrimam quæ compositio membrorum: quæ

Conformatio

conformatio lineamentorum: quæ figura: quæ species humana potest esse pulchrior? Vos quidem lucili soletis: nam Cotta meus modo hoc: modo illud quum artificiū effingitis fabricamq; diuinā: quā sint omnia in hominis figura non modo ad usum: uerū etiam ad uenustatem apta describere. Q d' si omniū animātium formam uincit hominum figura: deus autem animans est: ea figura profecto est: quæ pulcherrima sit oium. Q uoniāq; deos beatissimos eē constat: beatus autem esse sine uirtute nemo potest: nec uirtus sine ratione constare: nec ratio unq̃ inee nisi in hominis figura: hominis esse specie deos cōfitendum est. Nec tamē ea species corpus est: sed q̃si corpus: nec habet sanguinem: sed quasi sanguinem. Hæc quāq̃ & inuenta sunt acutius: & dicta subtilius ab Epicuro: quā ut quiuis ea possit agnoscere: tamē fretus intelligentia uestra dissero breuius quā causa desyderat. Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas non modo uiderat animo: sed etiam sic tractat: ut manu doceat: eam esse uim & naturā deorum ut primū non sensu sed mente cernatur: nec soliditate quadam nec ad numerum: ut ea quæ ille propter firmitatē Sterēnia appellat: sed ymaginibꝰ similitudine & trāsitione pceptis: quū īfinita simillimarū ymaginū spēs ex innumerabilibus īdiuiduis existat: & ad deos affluat cū maximis uoluptatibus: in eas ymagines mentem intentam: infixamq; nostram intelligentiam capere quæ sit & beata natura & æterna.

CONFORmatio effigiatio circūscriptio: designatioq;. LINEAmentorum filorum atq; ductuū qbꝰ humana figura delineat atq; designat: ut pictura lineis ut filis circūscribit: uñ lineamēta sunt qualitates & modi pportiōesq;: figurarū & cōmēsurationes cū lepore atq; uenustate gelliꝰ ait p naturæ indicia psiculare signat mores naturasq; hominū cōiectatiōe quadā de oris & uultus igenio deq; totꝰ corpis filo atq; habitu sciscitari. FIGVra statura: & motꝰ corpis. SPEcies forma: & facies uisibilis. ARTIficiū solertiā & rōnē in rebꝰ efficiēdis. FABRIcā artificiosam elaborationē atq; acumē in mēsuris & pportionibꝰ. AD usum utilitatē. AD VEnustatē gratiā: atq; decorē disposita. ANImās hīs aiam & mētē. SINE uirtute absolutiōe ipsiꝰ rōnis: in qua hois politici sūma consistit: nā de actuosa foelicitate agētes phi dicūt ipsam eē habitū uirtutis: aut uirtutis usum i uita pfecta. SINE rōne qm̃ nil aliud ē uirtꝰ q̃ absoluta & pfecta rō: q̃ ē ut dicebāt Epicurei tm̃ in hois figura q̃ opio uanissima ē: cū rō excellētissima i natura solū diuina repiat: deide angelica: postremo humana p quādā silitudinē & ymaginē: sed Epicurꝰ mētē sine corpe nō credidit: cuiꝰ uerba hec sunt apud: Laertiū icorporeū aliqd p se itelligere nō possumꝰ: pter uacuū. Itaq; q icorporeā dicūt eē aiam uani sunt. nihil. n. aut facere posset aut pati si esset hmōi. SPEcies forma siue figura. Nā corpꝰ est solidū & trinā hēt dimēsionē lōgitudinē uidelicet. Latitudinē & pfunditatē. Hec igitur forma ut uolebat Epicurꝰ lineā tm̃ hēbat & supficiē. i. planā quādā uisionē atq; effigiē i q̃ nihil eminēs: extās: atq; expssum eēt quo nil posset excogitari absurdius. tale eteni corpꝰ aiatū nō īueniī: sed tm̃ in pictura. HEC quāq̃ sensus ē: hec Epicuri rō acutissima est: & planiorē exqreret enarrationē. atm̃ fretꝰ ura itelligentia cōpēdiose narrōne castigatis auribꝰ uris abuti uidear. QuIVIS qcūq; e uulgo. FREtus cōfisus. DISSEro enarro: eloquor. CAVSA negociū de quo agiī & q̃ō. PENItus oīno & itrisecus. SIC tractat explicat q̃si manu freqnēter de tāgens: ut q̃si doceat ipso sensu tactꝰ id qd uī ēt eē aio abscōditū: isignis est pudor hic Epicureoꝝ & isulsa arrogātia. VIM q̃litatē: pprietatē efficaciā. potētiā: ut ñ possit extrisecis cerni sēsibꝰ & cognosci: sed ai rōe tm̃. SoLIditate firmitate: atq; eminē ti expssione corpea: cū sit pura qdā simplexq; ymago. AD NVmeꝝ ut sp maneat eadē nūero: qm̃ subinde mutaī & trāsit affluxuq; iugi atomoꝝ īstauraī ut e mīs tis una uideaī: illa dñr ad nūeꝝ cerni & eē q̃ ñ mutaī. Vñ dicimꝰ hoiem eē ppetuū nō nūero: sed spē qm̃ ipse qdē perit: sed, ple ac spē subsistit: uñ opinan sūt qdā corpora resurrectura eē ñ eadē nūero catholica uero fides eadē nūero resurrectura eē asseuerat: uñ illud Iob: & in carne mea uidebo deū saluatorē meū: quē uisurus sum ego ipse & nō aliꝰ. Alibi Cicero q̃si paraphrasi quadā usus dicet. Sic. n. dicebas: spēm dei pōpi cogitatiōe nō sensu: nec eē i ea ullā soliditatē: neq; eādē ad nūeꝝ pmanere eāq; esse uisionē ut silitudine & trāsitiōe cernaī neq; deficiat unq̃ ex īfinitis corpibꝰ siliū accessio: ex eoq; fieri ut i hoc itēta mēs nra beatā illā naturā & sempiternā putet. SOLIdū inqt idē in timeo nihil est qd' terre sit expers: & tāgi non pōt qd' caret solido: corpꝰ ergo solidū trina dimēsiōe pditū graeci stereon: & sterēnion uocant. SED ymaginibꝰ ad umbratis deoꝝ figuris: & monogrāmis. PERceptis cōpræhēsis atq; cognitis. SIMIlitudine sili spē ymaginis cū eadē nō pmaneat nūero: sed eiꝰ silitudo: subinde qppe mutaī: TRANsitione fluxu: & mutatiōe: ipsius ymaginis: qm̃ inquit infinita species similiū ymaginū fit semp continēti affluxu atomorum q̃ formas illas nouant: & mutāt. Hinc aūt dei æternitatem colligebāt Epicurei: qm̃ cū iugiter eius corpus mutareī iterire non poterat ut oscitantes hallucinati sunt.

INDIuiduis atomis. i. insecabilibꝰ: q̃ minima corpora uocabant falso Epicurei ut suo loco diceī. EXIstat appareat: fiat componaī. AD DEOS affluat accurrat adueniat: cū summa delectatione deoꝝ quibꝰ subinde noua uestis inducitur ut porci grūniunt. IN EAS ymagines mens nostra inquit Velleius intuita talem ymaginū cōtinuationem cognoscit naturam diuinam beatam esse atq; æternam. INFIXAM inherentem & acrius contemplātem. CAPERE intelligentiam percipere atq; intelligere quæ sit illa natura quā fœlicem appellamus: & nunq̃ desinentem: beatum dicitur cui nihil deest: æternum uero quod nec principium habuit neq; finem habebit perpetuum id dicitur quod habuit quidem principium: sed fine non claudetur.

SVMMA uero uis infinitatis:totius naturæ ifinitæ quæ caret extremis:in qua uis infinita uolitat atomorum. IN QuA infinitate. NATVram ꝓprietatē:& conditionem rerum atq; sortem. RESPONdeant e regione posita sint & liberata hec dicunt a græcis antistropha quasi opposita & exaltera parte lanceq; appensa Virg.contra elata mari respondet gnosia tellus.
ISONOmia dicitur æqua & par distributio isos græce æqualis & par latine:nemo tribuo:dispenso:distribuo. EX HAC æquali tributione. Q_VE conseruent ut sunt infinita rerū semina quas atomos appellant Epicurei. QuÆRE A nobis postq̄ egit de forma deorum disserit breuiter de modo uiuendi. Q_VE qualis ætas uiuat:uita inq̄t est iucūdissima & pacatissima nihil curāt:nūq̄ irascunt. NVLLIVS opera.i.pro nullo laborat nihil cuiq̄ gratificat. MOLItur mouet efficitq;. SVA propria & innata. EXPLOratū compertum firmum & certum. VESTRVM quem nos stoici opificem mūdi & gubernationem facitis. REgat menteatq; consilio. GVBERnet actu ipso & re.
VICISSItudines alternationes & mutatiōes. ORdines collocationes. ET OPErosis laboriosis. SEcuritate tranquillitate:curatumq; omnium uacuitate.
MVNErum officiorum & onerum. NATVRA naturali quadam ui seminumq; fortuito affluxu:& nō opera & arte diuina ut uos stoici dicitis:hoc nos docuit magister ueritatis epicurus. FABRICA frabrili arte artificioq;. SOLERtia acumine:prudentia rōne arte.
MENTE rōne:atq; prouidentia. EXITVM finem & cōclusionem:quia non dispicitis uim naturæ:& in ratione claudicatis ideo ad opificem deum confugitis more poetarum qui omnia fingūt ad libidinē:& cum in aliqua difficultate uersant numina inuocāt repetūtq; subinde uota:tragicos aūt iō posuit qm̄ circa incredibilia:& inprimis ardua uersant & exitus habēt turbatos atq; cōfusos homer⁹ uota sua sic repetit hoc loco musæ Iouis filiæ in auxilium in uoco musæ domicilium celeste incolētes. Vos.n.deæ estis nos affuistis : uos oia meministis:nos ̄cognitū habemus qui reges ducesq; fuerint illius classis quæ ad troiam nauigauit:ego recēsere nō possem nisi uos deæ natē edoceretis. INTERminatā infinitam. PEREgrinat discurrit atq; uagat.
ORAM extremitatē qm̄ ifinitas est quātitas q̄ ultimis caret atq; extremis. INSIstere quiescere. INTERiecto inani uacuo medio sed re uera non datur uacuū in natura.id enim uacuū dr in quo nullum corpus est oino. COHErescūt cōueniunt cōglobant & formas rerum efficiūt. FOLLIbus fabrilibus instris. DOMInum tyrānum oia obseruātem & puniētē. CVRIOsum diligētē sagacē. NEGOCII laboris:& uigilitiæ
HIC i hac pte & tractatōe. EXIstit emergit:apparet Hemarmene græce fatū latine.Idē cicero ī topicis agēs de causis dicit:ex his stoica disputatio fatum cōnectit: enarrās hec uerba boeti⁹ dicit:fatū eē dicūt ꝓcedētium causarū subsequētiūq; rerū ꝑplexionē quādā catenæ istar fatū inqt Seneca nil aliud est q̄ series iplexa causarū: fatū est dixit Chrysippus sempiterna q̄dā & ideclinabilis rerū series & catena uoluēs sese & iplicās p æternos consequentiæ ordines equibus apta,connexaq; est.

Sūma uero uis infinitatis & magna ac diligenti cōtēplatiōe dignissima est:in qua necesse est eā eē naturā:ut oīa oībus paribus paria rūdeant:hāc isonomiā appellat Epicurus.i.æqualem tributionē.Ex hac igit illud efficitur:si mortalium tanta multitudo sit : esse īmortalium non minorem:& si quæ intereant īnumerabilia sunt:etiam ea quæ conseruent infinita esse debere.quærere a nobis Balbe soletis:quæ uita deorū sit:quæq; ab iis degatur ætas:ea uidelicet qua nil beatius:nil bonis omnibus affluentius cogitari potest. Nihil enim agit:nullis occupatiōibus est implicatus: nullius opera molit:sua sapientia & uirtutæ gaudet: habet exploratū fore se semper:tuz in maximis:tū in æternis uoluptatibus. Hunc deum rite beatum dixerimus. Vestrum uero laboriosissimum. Siue enī ipse mūdus deus est:quid potest esse minus quietū quā nullo puncto temporis intermisso uersari circum axē celi mirablli celeritate:nisi quietum autē nil beatum est:siue in ipso mūdo deus inest aliquis:qui regat:qui gubernet:qui cursum astrorū: mutationes tēporū:rerū uicissitudines ordinesq; cōseruet terras et maria cōtēplās hoium cōmoda uitasq; tueat:nec ille est beatus īplicatus molestis negociis & operosis. Nos aūt beatā uitā ī animi securitate & ī oīum uacatiōe nūerū ponimus.Docuit.n.nos idē q cætera natura effectū eē mūdū nihil opus fuisse fabrica cāq; rē eē facilē.quā uos effici negatis sine diuina posse solertia:ut īnumerabiles natura mūdos effectura sit efficiat:effecerit.Q d' qa quēadmodū natura efficere sine aliq̄ mente possit non uidetis:ut tragici poetæ quū explicare argumēti exitū nō potestis: cōfugitis ad deū:cuius operā ꝓfecto nō desideraretis:si īmensam & īterminatā in oīs ptes magnitudinē regionū uideretis:in quā se iniiciēs aius & ītēdēs:ita late lōgeq; peregrinat:ut nullā tñ orā ultimi uideat:in q̄ possit īsistere.In hac igit mūdi īmensitate īfinita uis innumerabiliū uolitat atomorū q̄ interiecto inani cohæreſcunt inter se:& aliæ alias apꝑhendentes continuantur:ex quo efficiunt hæ reruz formæ atq; figuræ:quas uos effici posse sine follibus & incudibus non putatis. Itaq; imposuistis in ceruicibus nostris sempiternū dominū:quē dies et noctes timeremus: Quis enim nō timeat omnia prouidētem:& animaduertentem ; & omnia ad se pertinere putantem curiosum & plenum negocii deum ? Hic nobis existit primum illa fatalis necessitas : quam hemarmenen dicitis ut quicquid accidat id ex æterna

ueritate eãrũq; cõtinuatione fluxisse dicatis. Quanti aũt hæc philosophia æstimanda est: cui tanq̃ aniculis: & his qdem indoctis fato fieri oia uideant̃. Sequit̃ mantice uestra: quæ latine diuinatio dr̃: qua tanta imbueremur superstitione si uos audire uellemus: ut haruspices: augures: harioli: uates & coniectores nobis essent colendi. His terroribus ab Epicuro soluti: & in libertatẽ uindicati nec metuimus eos quos itelligimus: nec sibi fingere ullã molestiã: nec alteri q̃rere: & pie sancteq; colimus naturã excellẽtem atq; p̃stãtẽ. Sȝ elat⁹ studio uereor: ne lõgior fueri. Erat ãt difficile rẽ tãtã tãq; p̃clarã inchoatã relinq̃re: quãq̃ non tam dicendi ratio mihi habenda fuit: q̃ audiendi.

TVm Cota comiter ut solebat: inquit Vellei nisi tu aliqd dixisses: nihil sane ex me qdem audire potuisses. Mihi. n. nõ tã facile in mẽtem uenire solet: q̃re uer̃ sit aliqd: quã quare falsum: idq; cum sæpe: tum quũ te audirẽ pauloante cõtigit. Roges me qualẽ deor̃ naturam eẽ ducam: nil fortasse respõdeam. q̃ras putem ne talẽ eẽ: qualis modo a te sit exposita? Nil dicã mihi uideri minus. Sed anteq̃ aggrediar ea q̃ a te disputata sunt: de te ip̃o dicã quid sentiã. Sæpe. n. de L. Crasso familiari tuo illo uideor audisse: quũ te togatis oibus sine dubio anteferret: & paucos tecũ epicureos e græcia cõpararet. Sed q̊ ab eo te mirifice diligi itelligebã: arbitrabar illum pp beniuolẽtiam id uberius dicere. Ego aũt & si uereor laudare p̃sentem: iudico tñ de re obscura: atq; difficili a te dictum esse dilucide neq; sentẽtiis solũ copiose: sed uerbis etiã ornatius q̃ solent uestri. Zenonẽ quẽ Philo nr̃ coripheũ appellare epicureor̃ solebat: quũ athenis eẽm audiebã freq̃nter: & qdẽ ip̃o autore Philone credo ut facili⁹ iudicarẽ quã illa bñ r̃fellerẽt: quũ a pricipe epicureor̃ accepissȝ queadmodũ diceret̃. Nõ igr̃ ille ut plerique sȝ isto mõ ut tu distictæ grauiter & ornate. Sed qd' i illo mihi usũ sæpe euenit idẽ mõ quũ te audirẽ acciderat: ut moleste ferrẽ tm̃ igenium (bona uenia me audies) i tã leues ne dicã i tã ieptas s̃nias icidisse. Nec ego nũc ip̃e aliqd afferã meli⁹. Vt. n. mõ dixi: oib⁹ fer̃ i reb⁹ maxie i physicis qd ñ sit citi⁹ q̃ qd sit dixeri. Roges me qd aut q̃lis sit deus autore utar symonide: de quo quũ q̃siuisset hoc idẽ tyrãn⁹ Hiero deliberãdi sibi unũ diẽ postulauit: quũ idẽ ex eo postridie q̃reret: biduũ petiuit: quũ sæpi⁹ duplicaret nũer̃ dier̃: admirãsq; hiero: q̃reret cur ita faceret: q̃a quãto inq̃t diutius cõsidero: tanto mihi res uidet̃ obscurior. Sed Symonidẽ arbitror: nõ solũ. n. poeta

VERITATE fida cõstitutiõe certaq;. QVANTI quãto p̃tio digna. Vellicat uelleius stoicã philosophiã. ANICVlis delyris uetulis de mãtice. i. diuinatiõe dicetur oportune. IMBVEremur impleremur timore quodam inani. HARVspices dicunt̃ ab haruga. i. hostia siue uictima ab hara. i. stabulo in quo includi solet: ad seruariq;. Augures dicuntur ab auium garritu. Hariolus dicitur qui diuina mente fatur quæ uentura sunt quasi fariolus a fando & fatis. Hanula inqt Pompeius dicunt̃ parua delubra quasi fanula. VATES di uino spiritu afflati & fati dici: cõiectiones dicunt̃ somniorum interp̃tes de his latius cum opus de diuinatione differetur. COLENDI honorãdi. LIBERtatem animi securitatem. VINDIcati asserti & producti. Vñ assertores dicuntur alienæ libertatis uindices. PIE pure caste integre. STVDIO uoluntate dicendi & cura res tam p̃claras explicandi extractus. INCHOAtam imperfectã. RATIO respectus: potius inqt erat mihi cogitãdum ut uos audirẽ q̃ ut loquerer ueluti doctor atq; magister: & sic modeste de se loquẽs aliorum animos emeretur & captat.

TVM COTA. Inducit Cicero Academicum cotam refellentem futiles & delyras epicuri opiniones de forma deq; mentis agitatõe ac uita deor̃. COMIter benigne leniter ut eius natura ferebat: in bruto sic scribit idẽ Cicero cota erat remissus & lenis: & p̃priis uerbis comp̃hendẽs solite & facile sententiam. NISI dixisses aliqd ad illud respondet qd' uelleius perorans dixerat. Habendã sibi magis fuisse rõnem audiendi q̃ dicendi cota igit̃ a decreto suæ sectæ nõ discrepans dicit se nihil fuisse explicaturum qd' uelleius audire potuisset cum ut academicus nihil affirmaret: sed poti⁹ ea reuocaret in ambiguũ quæ alii affirmassent. TOGAtis nobilibus romanis atq; patritiis. DE RE obscura de ui & proprietate numinis qd' non facile cognoscit̃. DILVcide clare: aperte. VESTRI epicurei philosophi græci. PHILO noster academicus philosophus. CORIpheum princi pem coripheus græce dicitur latine is qui tenet uerticẽ & summitatẽ q̃ coriphe appellat̃. Hic Zeno sidonius fuit & epicuri sectator. AVTORE suasore. ACCEpissem audiuissem dicendi modum. DISTINcte ordinate: & non confuse ut mos est epicureorũ: distincta dicitur oratio q̃ suam habet distributionem & unumquodq; dicit loco. i. oportunitate seruata: & decẽti collocatione rerum: atq; uerborũ: prima uirtus disputantis atq; scribentis est inuenire altera distribuere: atq; collocare. Epicurei autem male inueniebant: & collocabãt pessime. Idem Cicero in secundo de finibus agens de epicuro dicit: cõtempsit differendi elegantiam confuse loquitur. GRAVITER sententiose: atq; seuere.

IN ILLO Zenone epicureo accidit cõsuetudine quadam. i. ut consueui de illo iudicare atq; sentire ita de te nunc iudico: & sentio. usu aliquid uenire idem est ferme quod accidere. SIMONIDES ceius fuit: & poeta melicus. i. lyricus HIERO fuit rex syracusanorum. DELIBERANDI consultandi.

deliberatio Simonidis.

sumpsisses tuo iure. Nam a beatis ad uirtutẽ:a uirtute ad rõem uideo te uenisse gradibus:a rõne ad humanã figurã: quomõ accedis? ꝑcipitaſe istuc qdem est:non descẽdere. Nec uero intelligo:cur Epicurus maluerit deos hominũ similes dicere:q̃ hoies deorum. Quæres quid intersit. Si enĩ hoc illi simile sit eẽ illud huic uideo. Sed hoc dico nõ ab hoibus formæ figuram peruenisse ad deos:dii enim semp fuerunt:nati nunq̃ sunt:si qdẽ æterni sunt futuri:at homines nati:ante igit̃ humana forma q̃ hoies:ea qua erãt forma dii imortales. Non ergo illorum humana forma:sed nostra diuina dicenda est. Verum hoc quidem ut uoletis. Illud quæro quæ fuerit tãta fortuna:nil enim rõne in rerum natura factũ eẽ uultis. Sed tamẽ quis est iste talis casus:unde tã felix cõcursus atomoꝝ:ut repẽte hoies forma deorũ nascerentur? Semina deorum cecidisse de cælo putamus in terras? & sic homines patrũ similes extitisse? Vellẽ diceretis deorum cognationem:agnoscerẽ nõ inuitus. Nihil tale dicitis:sed casu eẽ factũ ut similes essemus deorum. Et nũc argumẽta q̃rẽda sunt : quibus hoc refellatur. Vtinam tam facile uera inuenire possim:q̃ falsa cõuincere. Et enim enumerasti memoriter & copiose:ut mihi qdem admirari liberet in homine esse romano tãtam sciẽtiam usq; a Thale milesio de natura deorum philosophorum sententias. Omnes ne tibi illi delirare uisi sunt qui sine manibus & pedibus cõstare deum decreuerunt? Ne hoc qdẽ uos mouet cõsiderãtes q̃ sit utilitas q̃q; oportunitas in hoĩe mẽbroꝝ:ut iudicetis mẽbris hũanis deos nõ egere? Quid.n.pedib' opus ẽ sine igressu? qd manib' si nihil cõphẽdat̃? Quid reliq̃ descriptione oiuꝫ corpis ptiũ:i q̃ nihil inane:nihil sine cã:nihil supuacuũ ẽ? Itaq; nulla ars imitari solertiam naturæ põt. hẽbit itaq; linguã deus:& nõ loquet̃? dẽtes palatũ fauces nullũ ad usum? q̃q; ꝓcreatiõis cã natura corpi adfinxit:ea frustra hẽbit de':nec externa magis q̃ iteriora. Cor pulmo iecur cæteraq; detracta utilitate qd' uenustatis hñt? qñ qdẽ hec eẽ ĩ deo pp pulchritudinẽ uultis. Istis ne fidẽtes somniis? Nõ mõ Epicurus & Metrodorus & Hermacus cõtra Pythagorã Platonẽ Empedocleq; dixerũt:sed meretricula ẽt

Leontium

Leōtiū cōtra Theophraustū scribere ausa est:scito q
dē illa sermōe & atico. Sed tū tm̄ Epicuri hortus ha/
buit licētiæ:ēt soletis q̄ri:Zeno qdē etiam litigabat.
Quid dicā albutiū?nā phedro nihil elegātius: nihil
humanius. Sed stomachabat senex si qd asperius di
xerā:quū Epicurus Aristotelē uexarit contumelio/
sissime: phedoni socratico turpissime maledixerit:
Metrodori sodalis sui fratrē Timocratem qa nescio
quid in philosophia dissentiret:totis uoluminib⁹ cō
ciderit:in democritū ipsum quē secutus est:fuerit in
gratus Nausiphanē magistrū suū a quo nihil accepe
rat:tā male acceperit. Zeno qdē nō solū eos q tū erāt
Apollodorꝫ Siluꝫ cæterosq; figebat maledictis:sed
Socratē ipsum parentem philosophiæ latino uerbo
utens scurrā atticū fuisse dicebat chrysippū nunq̄ ni
si chrysippū uocabat. Tu ipse pauloāte:quū tanq̄ se
natū philosophorꝫ recitares:sūmos uiros desipere:
delirare: demētes esse dicebas:quorꝫ si nemo uerūꝫ
uidit de natura deorꝫ:uerēdum est:ne nulla sit omni
no. Nā ista quæ uos dicitis sunt tota cōmētitia:uix di
gna lucubratōe anicularꝫ. Nō.n. sentitis q̄ multa uo/
bis suscipiēda sint:si īpetraueritis ut cōcedamus ean
dē hominū esse & deorꝫ figurā:ōis cultus & curatio
corporis erit eadē adhibēda deo quæ adhibet homi:
ingressus:cursus:accubatio:īclinatio:sessio: cōpræhē
sio:ad extremū ēt sermo & orō. Nā qd & mares de/
os & fœminas esse dicitis:qd sequat uidetis. Equidē
mirari satis nō possum unde ad istas opiniones ue/
ster ille princeps uenerit. Sed clamare nō desinitis re
tinēdū hoc eē:ut deus beatus īmortalisq; sit. Quid
aūt obstat quo minus sit beatus si nō sit bipes? aut
ista siue beatitas siue beatitudo dicēda sūt:utrūq; oīo
durum:sed usu mollīēda nobis uerba sunt. Verꝫ ea
quæcūq; est:cur aut in solē illā:aut in hunc mūdum:
aut ī aliquā mentē æternā figura mēbrisq; corporis
uacuā cadere nō pōt. Nihil aliud dicis:nisi nunq̄ uidi
solē aut mūdū beatum. Quid mundū præter hunc
nunq̄ ne uidisti? Negabis. Cur igr̄ nō cētū millia esse
mūdorꝫ:sed īnumerabilia ausus es dicere? Ratio do/
cuit. Ergo hoc te rō nō docebit? quū præstantissima
natura quæratur ea quæ beata & æterna:quæ sola in
diuina natura sunt: ut īmortalitate uincamur ab ea
natura:sic animi præstantia uincimur:atq; ut animi item
corporis. Cur igitur quum cæteris rebus inferiores
simus:forma pares sumus? Ad similitudinem enim
deo propius accedebat humana uirtus q̄ figura. An
quicq̄ tā puerile dici potest(ut eundem locū diutius

LEONTIVM ita enunciatur & inclinatur ut glyce/
rium phylocomasium & cætera id genus SCITO
culto & erudito ATTICO eleganti & nitido more
atticorum. HORTVS schola hortensis in qua mo/
riens epicurus ut successores philosopharentur man/
dauit. ponitur igitur hortus pro epicurea disciplina &
familia LICENTIAE libertatis licētiosæ ac temeraie
QVERI indignari q nobis maledicatur a cæteris
disciplinis LITIGABAT lites disputando exercebat
hic zeno fuit epicureus QVID DICAM albutium
Idem in bruto sic scribit. T. albutius pene græcus fuit
autem athenis adolescens perfectus epicureus euaserat
minime aptum ad dicendum genus. Apud Lucilium
eodem autor scæuola sic loquebatur. Græcum te albu
ti q̄ romanum atq; sabinum maluisti dici & reliqua.
HVMANIVS benignius & affabilius hic phedrus
fuit epicureus STOMACHABATVR indignaba/
tur phedrus VEXARIT asperrime taxauerit & sum
mis prosequutus fuerit contumeliis. Aristotelem inqt
laertius appellabat epicurus ꝓdigum qui paternis bo
nis consumptis militasset uenenaq; uendidisset PHE
DONI socratico gellius ita scribit. Phedon eliensis e
cohorte illa socratica socrati & platoni fuit per familia
ris eius nomini plato librum illum diuinum de imor
talitate animæ dedit is phedon seruus fuit forma & in
genio liberali. Eū celes socraticus hortāte socrate emis/
se dicitur habuisseq; in philosophiæ disciplinis TVR
PISSIME obscēnissime TOTIS integris & magnis
libris lacerauerit A QVO nihil acceperat nihil audi
uerat:nulla iniuria affectus fuerat TAM MALE ac/
ceperit contumeliose tractauerit. & dicimus bene illuꝫ
accipiam & male accipiam: FIGEbat impetebat uulne
rabat PARENtem autoré eius philosophiæ quæ est
de uita & moribus SCVRRAM ridiculum quen/
dam assentatorem & adulatorem SENAtum cecum
philosophorum sententiam dicentium ritu senatus in
causa proposita COMMENtitia ficta ad libidinem
& nulla ratione subnixa LVCVBRAtiōe uigiliis ad
lumen & cognitione uetularum NON SENtitis nō
cognoscitis non dispicitis quot & quanta sequantur
absurda ex his quæ sentitis & enuntiatis CVLtus or/
natus atq; uestitus CVRAtio uictus remedia & cæte
ra id genus quibus corpus colitur & curatur QuID
sequatur coitus & procreatio PRINCEPS dux epi/
cureæ familiæ autorq; harum ineptiarum SI NON
sit bipes si nō habeat humanam formam DVRVM
asperum & uiolentum ac per hoc nouum romanis au
ribus VSV consuetudine loquendi debemus emolli
re ac paulatim romana efficere ut aures non offendāt
QVECVNq; est cuiuscunq; qualitatis sit. & unde/
cunq; oriatur siue a uoluptatibus corporis:siue men/
tis RAtio docuit hæc erat ratio epicureorum q i ipsa
infinitate omnia omnibus paria respondeant: & cum
semina infinita sint infinitos etiam esse mundos RA
tio non docebit hoc inquit magis est rationi congruū
ut a diuina natura uincamur non solum rationis præ
stantia sed etiam corpore FORMA effigie corporis
HVMAna uirtus rationis perfectio qua quoad fieri
pōt deo siles efficimur Figura species AN qcq̄ puer

C

rile inquit est nõn putare aliquid esse quod non uide/
ris VRGEAM stimulem uexem & taxando uelhem
CVRIOSIssimi diligentissimi NIHIL pertinet ad
rem non confirmat id quod uultis: quoniam similitu
do corporis nõ ostendit naturæ morumq; similitudi
nem: quod per inductionem demonstrat VASTIor
membrosior & maior: uasta & horrenda est forma ele
phantorum: tamen prudentia proxime accedit ad hu
manum ingenium. & docilitatem: SIMILlimis for/
mis quales sunt geminorum figuræ ET moribus sci
licet simillimis dispar effigies corporis GENVS hoc
argumenti gradationem talem qua es usus ad id pro/
bandum quod intendebas QVO serpat ad quem fi
nem tendat SVMEbas enunciabas tanq̃ uerum & cõ
cedendum HIS omnibus quæ aliis potest sumere:
& maximæ de corpore mortali & homine OBSIstis
repugnas quoniam in deum talia non cadunt VNA
sola forma hominis te stimulet cogatq; illam deo assi/
gnare LINEAmenta filia ipsius humanæ formæ: &
designationes CONsyderare pensiculate loqui atq;
prudenter SORtiri forte uenari uerba idest, quicquid
contigerit dicere SVPERuacaneum superfluum atq;
redundans VSVM utilitatem aliquam ex usu OB/
stare nocere SPEciem figuram VSVM actum ipsum
utendi REdundat supfluit superhabundat FOEMI
nibus membris genitalibus & foemorib⁹ Femina dicũ
tur & femora DOMIcilia quoniam his læsis uita nõ
remanet: Vnde uitalia membra appellantur HABItus
oris effigies: & qualitas formæ FIRmitatem stabilita
tem INSIgnia notas ornamenta. Splendores MA/
turitates oportunitates. & maturandis rebus idoneas
qualitates VICIssitudines alternationes SVSPIcati
opinione quadam cognoscentes NAturam nim ef/
fectricem REGEret consilio GVBERNAret actu a
coniectura a ueritate quam coniiciebant. idest opinabi
li indicio attingere nitebantur: coniectura dicitur a cõ/
iectu idest directiõe rationis ad ueritatem QVID se/
quantur quid respiciant: quid considerent cognosco
inquit illos putasse creatorem esse & rectorem a rebus
creatis & ratum ordinem seruantibus: epicurei autem
nil tale sequebantur cõfugiebantq; ad prolepsim: idest
anticipationem quandam de deo natura insitam. Vel
innatam hæc asseueratio inde orta est quoniam, epicu/
rei opinabant̃ deum non fuisse mundi opificem. & re
ctorem: sed naturam quandam & fortunam INFOR
mationem effigiationem atq; figurã humanam dei.
igitur cota. Hæc informatio uanissima est. Nam iuppi/
ter non est barbatus & minerua nõ est galeata ut picto
res & fictores effinxerunt VSVM actum utendi FV
SCIna est tridens, neptuni cuius diminutiuum, fusci/
nula. significat etiam telum piscatoriũ CONSEcraue
runt sacrã esse atq; diuinam decreuerunt: coluerunt q;
ut numina VIM: multitudinem enecant.

rigidis

urgeã) q̃si ea genera beluar: q̃ i rubo mari idiaue gi
gnant̃ nulla eẽ dicam⁹? Atq ne curiosissimi qdẽ ho
mĩes ex qrẽdo audire tã multa pñt: q̃ sũt multa: q̃ ter/
ra: mari paludibus: flumib⁹ existant: q̃ negem⁹ esse q̃
nunq̃ uidim⁹. Ipsa uero q̃ nihil ad rẽ ptinet: q̃ uos de
lectat maxĩe similitudo? Quid cãis nõ ne similis lu
po? Atq ut Enni⁹: Simia quã similis turpissima be/
stia nobis? at mo^r^es ĩ utroq; dispares. Elephãto bel/
uar nulla prudẽtior: at figura q̃ uastior? de bestiis lo/
quor. Quid ĩter ipsos hoĩes nõ ne ĩ simillimis for/
mis dispares mores: & morib⁹ figura dissimil? Et n.
si semel Vellei suscipim⁹ gen⁹ hoc argumẽti attende
quo serpat. Tu. n. sumebas nisi ĩ homĩs figura rõnẽ
iesse ñ posse: sumet ali⁹ nisi ĩ terræstri: nisi ĩ eo q nat⁹
sit: nisi ĩ eo q adoleuerit: nisi ĩ eo q didicerit: nisi in eo
q ex aĩo cõstet & corpore caduco & ĩfirmo. Postrẽo
nisi ĩ hoĩe atq; mortali Q đ si ĩ oĩb⁹ his reb⁹ obsistis.
qd ẽ q; te una sora cõturbet? His. n. oĩb⁹ q̃ ,pposui ad
iũctis: ĩ hoĩe rõnẽ eẽ & mẽtẽ uidebas qb⁹ detractis de
um tñ nosse te dicis: mõ lineamẽta maneãt. hoc est ñ
cõsyderare sed q̃si sortiri qd loq̃re: nisi forte ne hoc
qdẽ attẽdis nõ mõ ĩ homĩe sed ẽt ĩ arbore q qd sup
uacaneũ sit: aut usũ nõ habeat obstat. Quã molestũ
ẽ uno digito plus habere? qd ita: q a nec spẽm nec usũ
aliũ quicq; desyderãt. Tu⁹ ãt de⁹ nũ digito uno redun
dat: sed capite: collo: ceruicib⁹: laterib⁹: aluo: tergo: po/
plitib⁹: mãib⁹: pedib⁹: fœmib⁹: crurib⁹: si ut ĩmortalis
sit: qd hæc ad uitã mẽbra ptinẽt? qd ipa facies? Magis
illa cerebr: cor: pulmo: iecur: hæc. n. sũt dõicilia uitæ.
Oris qdẽ habit⁹ ad uitæ firmitatẽ nihil ptinet. At eos
uitupabas q ex opib⁹ magnificis atq; p̃claris cũ ipsũ
mũdũ: cũ ei⁹ mẽbra cælũ: terras: maria: cũq; hor insi/
gnia solẽ lunã stellasq; uidissẽt: quũq; tẽpor maturi
tates: mutatiões: uicissitudĩesq; cognouissẽt: suspicati
eẽnt aliquã excellẽtẽ eẽ p̃stãtẽq; naturã q̃ h̃ fecissẽt:
moueret: regeret gubernaretq ẽt si aberrãt a conie/
ctura: uideo tñ qd sequant̃. Tu qđ op⁹ tãdẽ magnũ
& egregiũ habes: qđ effectũ diuina mẽte uideat̃: ex
quo eẽ deos suspicere. habebã inqs oĩno isitã infor
mationẽ quãdã dei: & barbati qdẽ Iouis: galeatæ mi
neruæ. Nũ igr̃ tales putas? Quãto meli⁹ h⁹ uulg⁹ ĩpi
tor: q ñ mẽbra solũ hõis do tribuãt s; usũ ẽt mẽbro
rũ? Dãt. n. arcũ: sagittas: hastã: clypeũ: fuscinã: fulm̃. Et
si actiões q̃ sint deor ñ uidẽt: nihil agẽtẽ tñ deũ nõ q̃
unt cogitare. Ipsi q irrident̃ ægyptii nullã beluã nisi
ob aliquã utilitatẽ quã ex ea caperẽt cõsecrauerũt. Ve
lut ibes maximã ui serpẽtũ cõficiũt: quũ sint aues ex

celsæ: cruribus rigidis: corneo proceroq; rostro auertunt pestē ab ægypto quū uolucres angues ex uastitate libyæ uēto aphrico inuectas interficiūt atq; cōsumūt. Ex quo fit: ut illæ uiuæ nec morsu noceant: nec odore mortuæ. Possū de ichneumonum utilitate de crocodilorū de feliū dicere: sed nolo esse longus. Ita cōcludā tñ beluas a barbaris pp beneficiū cōsecratas. Vestrorū deorū nō mō bñficiū nullū extare: sed ne factū qdē oīno. Nihil habet inqt negocii: pfecto Epicurus q̄si pueri delicati nihil cessatōe melius existimat. At ipsi tñ pueri ēt quū cessant exercitatōe aliqua ludrica delectant̄. Deū sic feriatū uolumus cessatione torpore: ut si se cōmouerit uereamur ne beatus esse nō possit. Hæc oro nō modo deos spoliat motu & actione diuina: sed ēt hōines inertes efficit: si qdem agens aliqd ne deus qdē esse beatus pōt. Verū si sane ut uultis deus effigies hōis: & imago: qd' eius est domiciliū? quæ sedes? q locus? quæ deīde actio uitæ? qbus rebus id qd' uultis beatus est? Vtat̄ sane suis rebus oportet: fruat̄ q beatus futurus est. Nā locus qdem iis ēt naturis quæ sine aīs sunt suus est cuiq; pprius: ut terra infimū teneat: hāc inūdet aqua superior aer: ignibus altissima ora reddat̄. Bestiarū āt terrenæ sunt aliæ parti aquatiles: aliæ q̄si ancipites: ī utraq; sede uiuētes: sūt quædā ēt quæ igni nasci putent̄: appareātq; ī ardētib' fornacibus sæpe uolitātes. Quæro igit̄ ur deus primū ubi habitet. Deīde quæ cā eū loco moueat: si mō mouet̄ aliqñ. Postrēo quū hoc pprīū sit animātiū: ut aliqd appetant: qd' sit naturæ accōmodatū: deus qd appetat: ad quā deniq; rē motu mētis: ac rōis utat̄. Postrēo quō beatus sit: quō æternus. Quicqd.n. horū attigerit ulcus est: ita male īstituta rō exitū repīre nō pōt. Sic.o. dicebas speciē dei percipi cogitatione non sensu: nec esse in ea ullā

RIGIDis: duris. CORneo: duro. & longo. AVERtunt: expellunt: fugant. VOLVcres: alatos serpentes. VAstitate: solitudine ac desertis. CONsumunt: deuorant. ILLAE: angues. ODOre: fetore quo aer inficitur gignitq; morbos. ICHNEumon: inquit. Plinius maxime nascitur in ægypto qui patentes crocodili dormientis fauces ingressus ut telum aliquod immissum erodit aluum: crocodili dicit diodorus ægypto securitatē præstāt quos arabiæ libyeq; Latrones uetiti nō audent transmittere nilum atq; prædari. Ichneumon oua crocodilorū conterit: quodq; dictu mirabile est nec oua comedens: neq; ulla sua utilitate: sed natura duce ad necessariam quandam cōmoditatem mortaliū. Feles uero ad serpentium. & aliorū reptilium morsus plurimū conferūt. NEGOcii: laboris & curæ. DELIcati: molles ignaui: desides. CESSAtione: ocio & quiete. Cessare est nihil agere. Vnde cessatores pigri: & tardi: neq; & cessator durus inquit Horatius: & si cessas aut strenuus ante is. Nec tardu operior nec præcedentibus insto. CESSANT: uacui sunt laruis curis. & feriati aliquos exercent ludos. Nec pñi quiescere. FERIAtum ociosum & cessatorē. feriati dīt qui ab opere cessant pp ferias. & feriatos iudeos ociosos & sabbatis nihil molīētes. TORpere: languere ocioq; marcescere: hæc oro inquit nō solum diuinam naturam tollit. & īminuit: sed etiam moribus nocet imprimis. Vnde Cato dicebat homines nihil agendo male agere discūt: & philosophus humanam fœlicitatem exercitationē quādam studiosam esse definiuit. & Cicero uirtutis laudē omnem in actione consistere asseuerauit. INERtes: pigros ignauos ociosos ac per hoc probrosos: & nota dignos. SI quidē: si certe uera esset ista opinio q ēt deus non posset esse beatus si aliquid ageret. Beatitudinem uero omnes appetunt. ergo sectatores. Epicuri ut beati sint feriati esse debent. quæ ratio absurdissima est & pollutissima. & ideo explodenda. VERVM sit sane: esto inquit deū habere humanā effigiem. Videamus ubi habitet. & qd agat quibus uoluptatibus habūdet: qlis ista sit effigies ut merito possit dici æternus & beatus ut uolunt Epicurus. & sic Cotta concludit epicureū deum nec æternum esse posse: nec beatum quæ duo in diuina natura relucere imprimis decreuit Epicurus. FRVAtur: delectetur propriis bōis & nihil ei desit qd ad beatitudinē pertinet. INVNdet: tegat & alluat: sed natura prouidit mortalibus terminans aquas ne totā inundent terrā. SVperior aer: īminens aq ambiensq;. ALTIssima ora: spatiū cæli summum. ANCIpites: dubiæ & amphibiæ quæ & in terra degūt & aq. QuAE causa: pp quid moueat̄ si tñ mouetur: cā autem motus animātiū est appetitus. ACCOMmodatū: aptum cōseruationi & augumento. dicitis inquit deū habere humanum corpus ergo humanū appetitum pro usu corporis & fulcro. quid igitur appetit uester deus quō utitur ratione intellectu bonorū atq; malorum: quid cōsideraat: quid cōmētatur quid agitat ne frustra rationem habere uideatur. MOTV: agitatione intellectus qui ī hoīe nunq̄ acquiescit. QVOmodo beatus: quibus mediis beatitudinē assequatur. QuOmodo æternus: qua dispositione corporis optineat æternitatē cum humanum corpus natura caducū sit atq; mortale quod uos Epicurei deo attribuitis: attamen & æternum esse asseueratis. QuICquid horum necessariorum scilicet ad naturā conseruandā & curandum corpus attigerit ipse deus uester maculabit̄ inficietur labefactabitur: nec erit æternus si talibus indigebit: necessario aūt talia appetet si habet humanum corpus. VLCVs est: quædam corruptio labes latens sanies. & occulta contaminatio diuinæ naturæ quam uos æternam & beatam esse dicitis. INSTItuta: inchoata & ordinata falsis propositionibus: & absurdis assumpsionibus. NON potest reperire exitum conclusionem ueram & necessariam. ratio uestra inquit nihil concludit. nihil probat cum ea sumatis & assumatis quæ absurda sunt & uana. SIC .n. dicebas: repetit quadam paraphrasi Epicuream rōnem: qua diuinæ naturæ qualitas ostendebat̄ beatitudo: & æternitas. SPEciem formam atq; imaginē non posse oculis cerni. Sed aīo tantum uideri. SENsu: uisu & tactu pp tenui

tatem sensus effugientem. SOLIditatem: corpoream firmitatem: & eminentem expræssionem. Sed lineas tantū atq;
superficiem. NEq; per numerū idest nō perdurare atq; pmanere eandē imaginē numero sed subinde mutari ut, non cor
rumpat & hoc modo æternitatē tribuebant Epicurei deo quis corporeo.i.humana forma delineato. EAMq; talē
esse dei. VISIOnē: cognitionem uisibilē. & modū quo uideri pōt. SIMIlitudine: imagine quadam simili solido cor
pori: ita.n. dicebant nō esse in deo corpus: Sed similitudinē corporis. idest adumbratā quandā imaginē non eminen
tem nō expssam. TRANSitione: mutatione: & uariatione ipsius imaginis subinde fluentis & succedentis. INFlui
tis corporibus: atomis affluentibus & renouantibus
imaginem cū summa delectatiōe diuini numinis ut Epi
curei delyrabant. ut hoc modo æternū. & beatū osten
derent deū. ACCEssio: additio & affluxus similium
imaginū quæ specie ac figura pseuerarent & nō nume
ro. EX eo.i. tali continuato accessu: atq; affluxu ima
ginum fit ut mens humana possit cognoscere æterni
tatē dei & fœlicitatē: cum talis accessio continuē ter fiat
& summam afferat uoluptatem. HOC p ipsos deos: de
ridet Cota tales ineptias: dicitq; se nullo modo pspicere
qd sibi uelint hæc delyramēta Epicureorū. QuALE:
cuius naturæ, pprietatis: ac significationis. VAlent: p
tinent nestri dii sic delineati ad mentis intuitum & nō
sensus. Nec habēt eminens corpus atq; expssum & so
lidū. Sed id solū qd animus concipit effingit. Idē erit
cogitare de deo & hippocentauro cuius forma nunq̄
uisa est: quia nunq̄ re uera fuit: sed poetæ sic effinxerūt
Hippocentaurus dr figura ex equo & tauro coagmē
tata. CONformationē: effigiationem poetica licentia
fictam atq; inductam. MOtum inanem: cogitationē
uanam & cassam qm re nulla est: uos inquit Epicurei
uultis q imagines tales deorū penetrent ad mentes hu
manas: & appareant animis illosq; moueat ut credāt
deos esse imortales. IGItur: ponit exemplū talis ima
ginationis quæ uana dicit. Epicurei aūt ueram opina
bant pp naturæ uim quā imaginibus adscribebāt. M.
octauius collega fuit Tyberii gracchi in tribunitia di
gnitate qua priuatus fuit populi suffragiis gracchi p
suadēte ut agrarias leges & populares liberi ferre pos
set Gabinius inquit pedianus asconius plebem roga
uit ut trebellio magistratū abrogaret: sicut quondam.
Tyb. gracchus tribunus. C. octauio collegæ suo magi
stratū abrogauit. CONcionantem: habentē orōnem
ad populū. SITElla: uasculū ore angusto sed uētre la
tiori in qd suffragia eligendorū & abrogandorū magi
stratuū demittebant. deferre igr de aliquo sitellā est suf
fragia de illo colligere uoces uidelicet atq; uota. QVOM. qm imaginor uidere & quotiens EVM motū: talē imagi
nationē, ac uisum. INAnē: uanū & imaginariū nulla ueritate subnixū. REMAnere: superesse putas & asseueras. Gel
lius agens de quidendi rōne deq; cernendi natura dicit Epicurus affluere semp ex omnibus corporibus simulacra quæ
dam corporū ipsorū eaq; se se in oculos inferre: atq; ita fieri sensum uidēdi putat. IN CApitoliū: in quo uidet con
cionari Gracchus. REFErantur: reducantur & appareant aio. HOC idem: simile dicis esse de diuinis imaginibus.
CREbra facie: assidua & continēti uisiōe atq; aspectu. PELlant: pulsent tangant moueant. EX quo: ut ex hoc.i.
crebro pulsu aiorū uideant dii esse imortales atq; æterni quū nunq̄ cesset ille affluxus ut Hallucinabat epicur. FAC
imagines: esto inqt cota q sint tales imagines nunq̄ tū deos efficient æternos aut beatos. DVMtaxat: solum uidetur
quoddā simulacrū: cuius uis id nō efficit qd suspicamini. NVM: an scilicet obiicitur & apparet cur sit æterna talis
imago q̄si dicat nō appatitio inquit imaginis nec beatitudinē arguit nec æternitatē qm imaginatio uana est penitus.
QVAE: cuius naturæ. & q̄litatis negat cotta tales imagines. VNDE: e qbus principiis: & exēplaribus: cū deus sit
incorporeus. HAEC licentia: libertas garriendi ad libidinē & fingendi quicqd libuerit sine rōne & causa qd phy
sico turpissimū est: cū esse debeat ueritatis idagator. EXItū: finē. Nihil inqt cōcluditis. nihil probatis uestra ratio ina
nis est oīno. TOTA res: hæc causa quæ est de ui deorū. VACILlat: nutat. CLAVdicat: nō recte incedit. Sed debili
tate ruit stareq; non potest. NAM quid est: rationem affert huius claudicationis. PROBAri: cōmendari & recipi
tanq̄ uerisimile alibi dicit probas mihi ista Crasse. idest probabilia facis & credibilia. INCIdere: incurrere. EX FOR
ma: secundum ueritatem figuræ quam habuerunt. QVOmodo illi: scilicet fuerūt, quasi dicat aliqui ex his quos no
minaui non fuerunt. QVORVM: quasi dicat si non fuerunt imagines eorum non possunt in obitum incidere.

Soliditatē: neq; eandē ad numerū pmanere: eamq; eē
eius uisionē ut similitudine & trāsitiōe cernat: neq;
deficiat unq̄ ex īfinitis corporibus similiū accessio:
ex eoq; fieri: ut ī hoc intēta mēs nr̄a beatā illā naturā
& sempiternā putet. Hoc p ipsos deos de qbus loq
mur q̄le tādē est? Nā si tātūmodo ad cogitationē ua
lent: nec habēt ullā soliditatē nec eminētiā: qd īterest
de hippocentauro an de deo cogitemus? Omnē.n.
talē cōformationē aī cæteri philosophi motū inanē
uocāt, Vos aūt aduētū ī animos: & introitū imagi
nū dicitis. Vt igit Ti. Gracchū quū uideor cōcionā
tem in capitolio uidere M. Octauio deferentē sitel
lam: tū eum motū animi dico esse inanem. Tu aūt &
Gracchi & Octauii imagines remanere: quæ in capi
toliū quū peruenerint: tū ad aīum meū referant. hoc
idem fieri in deo: cuius crebra facie pellant animi: ex
quo esse beati atq; æterni intelligant. Fac imagines
esse qbus pulsent aī: species dūtaxat obiicit quædā.
Nū ēt cur beata sit: cur æterna: quæ aūt istæ imagines
uestræ: aut unde? a Democrito oīno hæc licentia: sed
& ille reprehensus a multis est: nec uos exitū reperi
tis: totaq; res uacillat & claudicat. Nā qd est qd minus
pbari possit: q̄ oīum ī me incidere imagines Home
ri: Archilochi: Romuli: Numæ: Pythagoræ: Platōis:
nec ex forma q̄ illi fuerūt? Quo ergo illi & quorū
imagines? Orpheum poetā docet Aristoteles nunq̄
fuisse: & hoc orphicum carmen Pythagorei ferunt

cuiusdam

CVIVSdam cerdonis:uilis hominis.cerdo dicitur qui artem illiberalem exercet gratia lucri quod cerdos græce di-
citur. tales homines appellantur latine luciones. PRAEsto est:aduenit apparet præsens est cū mihi placuerit eāq;
uocauerim.ideo subiungit ad dormientem ueniunt non uocatæ. NVGAtoria:futilis uana & delyra. INCVLca-
tis:obiicitis ingeritis. IMPVnitas licentia quicquid in os uenerit more auium. AD:sed.D.pro.T.ponitur ut eti-
am apud græcos.Idem Cicero in officiis ad aucta uectigalia licentiosum imprimis est inquit quod de frequenti trā-
sitione ac fluxu imaginum dicitis ut cum sint multæ una tamen esse uideatur ob continentem successionem. FLV-

cuiusdam fuisse cerdonis.At Orpheus idest imago
eius ut uos uultis in animum meum sæpe incurrit.
Quid quod eiusdem hominis in meum aliæ:aliæ i
tuum? Quid quod earum rerum quæ nunq̃ omni
no fuerunt:neq; esse potuerūt:ut scyllæ ut chimeræ?
Quid quod hominum locorū urbium earū quas
nunq̃ uidimus? Quid quod simul ac mihi collibi-
tum est præsto est imago?qd quod etiam ad dormi-
entem ueniūt non uocatæ? Tota res Vellei nugato
ria est:uos autē non mō oculis imagines:sed etiā ani
mis inculcatis:tanta est impunitas garriendi:ad quaȝ
licenter fluentium frequenter transitio fit uisionuȝ:
ut e multis una uideatur. Puderet me dicere nō intel
ligere:si uos ipsi itelligeretis q̃ ista defenditis. Quo
mō.n.probas cōtinenter imagines ferri?aut si conti
nenter:quo mō æternæ? Innumerabilitas inq̃s sup-
petitat atomorū:num eadeȝ ergo ista facient ut sint
oīa sempiterna? Cōfugis ad æqui libertatē:sic enī iso
nomiam si placet appellemus:& ais quoniam sit na
tura mortalis imortalem etiā esse oporte re. Isto mo
do qm̃ homines mortales sunt:sint aliq̃ imortales:
& qm̃ nascunt᷑ in terra:nascant᷑ in aqua:& quia sunt
quæ interimant:sint quæ cōseruent. Sint sane:sed ea
cōseruēt quæ sunt. Deos istos esse non sentio. oīs tñ
ista rerū effigies:ex indiuiduis quomō corporibus
oritur:quæ ēt si essent quæ nulla sūt:pellere se ipsa &
agitari inter se cōcursu fortasse possēt:formare:figu-
rare:colorare:aīare nō possent. Nullo igit᷑ mō imor
talem deum efficitis. Videamus nunc de beato:sine
uirtute certe nullo mō. Virtus autē actuosa:& deus
uester nihil agens expers uirtutis:igit᷑ ita ne beatus q̃
dem. Quæ ergo uita suppetitatio inquis bonorum
nullo malorū interuentu. Quorū tandem bonoȝ?
Voluptatum credo nempe ad corpus pertinentiū.
Nullam enim nouistis nisi profectam a corpore:&
redeuntem ad corpus animi uoluptatem. Non arbi
tror te Vellei similem esse Epicureorum reliquorū:
quos pudeat earum Epicuri uocum:quibus ille te-
statur se ne intelligere quidem ullum bonum:quod
sit seiunctum a delicatis & obscœnis uoluptatibus:

entium uisionum:specierum & simulachrorum appa
rentium. CONTInenter continuate ac semper citra
cessationem hoc inquit probari non potest:nec cōclu-
ditur esse æternas etiam si continenter feruntur. IN-
NVmerabilitas inq̃s suppetitat atomorum. Hæc erat
ratio Epicureorum quare essent æternæ imagines:quæ
īfinita esset multitudo seminum:quibus imagines re-
nouantur. SVPpetitat:habundat:sufficit:adest īfini-
ta. EAdem ista:continenter scilicet ferri.& suppetita-
tio atq; innumerabilitas atomorum poterunt ne dare p
petuitatem rebus quasi dicat non & uos nil affertis qđ
hoc concludat & probet. CONfugis ad æqui liber-
tatem:isonomiā interpretatus fuerat Velleius æquam
tributionem ab isos:& nemo idest tribuo: Cotta uero
a nomo idest a lege originat:& melius uera libertas le-
gibus cōtinetur:cum æquo & pari iure ciuitas custo-
ditur:uiolatis legibus libertas præmitur:& tyrannicus
fit dominatus.iure igitur isonomia græce.æqui liber-
tas latine dicitur. SI placet:deuitat arrogantiam cum
non plane affirmet hanc esse ueram originationem:&
interpretationem isonomiæ. ISTO modo:uerbi gra
tia & ponit exempla. DEOS istos:quales effingunt
Epicurei nego esse inquit Cota:& ideo si non sunt cō
seruari non possunt per affluxum atomorum:ut uos
somniatis. OMNIS tamen:etiam inquit si conce-
datur esse infinita quæ dicitis semina tamen non pos
sent rerum tantarum & uariarum figuras effingere:fi-
gurare colorare atq; animare. EX indiuiduis corpo-
ribus:minimis & insecabilibus. NVLla sunt:quoniam
minimum corpus in rerum natura non datur:ut supra
probatū est. PELlere.trudere mouere pulsare. CON
cursu:collisu & attritu. FIGVrare:figuram dare ac li-
neamenta describere:ergo inquit deus uester ita forma
tus ut uultis non est imortalis cum illa uana sint qui-
bus eum efficitis imortalem. VIDEAmus nunc:ha-
ctenus ademit Epicureo deo imortalitatem deinceps
beatitudinem adimet. SINE uirtute:quoniam bea-
tus is dicitur cui nullum deest bonum:uirtus autem in
ter bona corporis & externa supremum optinet gra-
dū:& est in actu quoad fieri potest ingiter:nec solo ha
bitu cōmendatur:qui ergo nihil agit nullam uirtutem
habere dicitur talis est deus Epicureorum:quid sequa-
tur uides. ACTVosa:plena actu & usu sui. Virtutis in
quit alibi Cicero laus omnis i actione consistit:ille ui-
uit qui aliis prodest & se utitur ait Seneca:& philoso-
phus non in habitu sed in actu studioso fœlicitatem ci
uilis hominis posuit. QVAE ergo uita:quærit Co-
ta qualem uitam degat talis deus ut tandem adimat il
li omnem delectationem:omne quod habetur bonum
& consequenter ipsam fœlicitatem. SVPPETitatio:
respōdet Velleius. uitam sui dei esse quandam sufficiē
tiam & redundantiam omnium bonorum sine aliq̃
interpellatione alicuius incōmodi:bona uero Epicureorū erant corporeæ uoluptates. DElicatis:mollibus teneris la

sciuis & exquisitis. OBscœnis:turpibus. PERsequitur: enumerat:explicat:enarrat omnis uoluptates quæ quinq; sensibus pcipiuntur sed maxime gustu:& tactu q̃ tantũ cũ bestiis: & ideo ma gis infames:& censoria nota digniores. PERfundas:irriges & ipleas iucũdo motu sensuũ melius inqt poetæ q̃ uos hi qppe potioni & cibo deorũ nectar & ambrosiã suauẽ herbã conniuiis deorũ cõmenti sunt ut deos citra uoluptatẽ aliquã nõ fingerent: q̃uis nectar & ambrosia si ad rõnem reuocent̃ imortalitatem & æternitatẽ significent qbus diui na natura pascit̃ & fulcit̃. IVVENtatem:deã pubertatisq; dr̃ Hebe iunõis filia & Herculis uxor. DVcis:putas;& æsti mas corporeas uoluptates esse leues ac nullius pene p̃tii cõparatione maiorũ delectationũ ad aíos ptinentũ & ad ipsam deniq; indolentiã ut Epicurus opinatus ẽ. TITILlatio:motio & pulsus qdam iucundus sensui q̃lis titillatus est in qbusdam partibus corporis & maxime sub brachiis ubi ex tactu pruritus qdã excitatur non sine risu. QuOusq; ludis:iocaris: atq; derides. NOSTER.academicus. MOlles: lasciuas libidinosas. DElicatas:teneras oblectantes corpus:atq; suaues COLlega:socius disciplinæ:& alter Epicurus. DVbitet metiri æstimare:iudicare:cõsiderare. VENtre:cibo potu ac uenere metiri aliquid aliq̃ re est illud ex ea tñ cõponere:Epicurus oia sua bona metiebatur uoluptate. Stoicus philosophus uirtute sola: uetus academicus & peripateticus triplici genere bonorũ fortunæ corporis:& animi. ANnuere:nutu affirmare quæ dico. REferant̃: redncant̃ tanq̃ ad ultimũ finẽ. ALia questio:disputatio pertinens ad actiuosam philosophiã & fines bonorũ atq; malorũ. AT dolore:hæc erat opinio Epicureorũ summam uoluptatem esse nihil dolere.apd̃ eundẽ in primo de finibus Epicureus torquatus dicit:nõ enim hanc solã uoluptatẽ sequimur quæ suauitate aliqua naturã ipsam mouet & cum iucunditate quadam percipitur sensibus. Sed maximã illã uoluptatem habemus quæ pcipitur omni dolore detracto. SAtin.pro satis ne est indolentia ad efficiendam uitam beatissimam quasi dicat nõ. In secundo de finibus confutans Cicero hanc opinionẽ dicit qs est qui nõ uideat hæc esse in natura rerũ tria unũ cum in uoluptate simus:alterũ cum in dolore. Tertiũ hoc in quo nunc quidẽ sumus. Credo equidẽ nos nec in dolore neq; in uoluptate ut in uoluptate sint qui epulentur in dolore qui torqueant̃. tu aũt inter hæc tantã multitudinẽ hominũ iacẽtiũ nõ uides nec lætantiũ nec dolentiũ. COMprhende:concipe & imaginare ita esse ut dicitis:tñ beatus esse nõ potest cum pulsetur ut uos uultis sempiterno i cursu atomico. PVlchre: bene atq; iucunde. EFFLuant exeant & transeant. ADuersus: erga numẽ colendũ. AT quomodo:quasi dicat uerba sunt religiosissimo uiro digna:sed ficto corde atq; ore prolata cum re uera omnem religionem euerterit Epicurus dicens in deo nec gratiam esse. nec iram ideo quippe deum colimus quia est in nos beneficus & timemus quia legitima indignatione delinquentes punit: uerbis ergo disiecit:q; aras ut xerxes olim euertit templa & altaria græcorum. Idem Cicero in secundo de legibus agens de delubris dicit nec sequor magos persarum quibus auctoribus Xerxes inflãmasse templa græciæ dicitur q̃ parietibus includerent deos quibus omnia deberent esse patentia & libera quorumq; hic mundus omnis templum esset & domus.

non

q̃s qdẽ ñ erubescẽs psequtur oẽs noíati. Quẽ cibũ igitur:aut quas potiones:aut quas uocũ & florum uarietates:aut quos tactus:quos odores adhibebis ad deos:ut eos perfundas uoluptatibus? Vt poetæ quidẽ nectar:ambrosiam epulis cõparant:& aut iuuentatẽ aut Ganymedẽ pocula ministrantẽ. Tu aũt Epicure qd facies? Neq;.n.unde habeat ista deus tuus uideo:nec quo mõ utatur. Locupletior igitur hominum natura ad beate uiuendũ est q̃ deorũ:quod pluribus generibꝰ fruitur uoluptatũ. At has leuiores ducis uoluptates:quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc uerbũ est) adhibetur sensibus. Quousq; ludis? Nam Philo noster ferre nõ poterat aspernari Epicureos molles & delicatas uoluptates. Sũma enim memoria pnũciabat plurimas Epicuri sentẽtias his ipsis uerbis:qbus erant scriptæ. Metrodori uero q̃ est Epicuri collega sapiẽtiæ:multa ipudentiora recitabat. Accusat.n. Timocratem fratrem suum Metrodorus q̃ dubitet oía:quæ ad beatã uitam ptineant uentre metiri:neq; id semel dicit sed sæpius. Annuere te uideo: nota.n.tibi sunt. Proferrem libros: si negares. Neq; nũc repræhendo q̃ ad uoluptatẽ omnia referantur: alia est ea quæstio:sed doceo deos uestros esse uoluptatis exptes: ita uestro iudicio ne beatos qdem. At dolore uacant. Satin est id ad illã abundantẽ bonis uitã beatissimã? Cogitat inquiũt assidue beatũ esse se: habet enim nihil aliud quod agitet in mente. Cõpræhende igitur animo & ppõe ante oculos deum nihil aliud in oi æternitate nisi mihi pulchræ est: & ego beatus sum cogitantẽ. Nec tñ uideo quo mõ uideat̃ iste deus beatus:quũ sine ulla intermissione pulset̃: agiteturq; atomorũ incursione sempiterna:quumq; ex ipso imagines semp effluant:ita nec beatus est uester deus:nec æternus. At etiam de sanctitate:de pietate aduersus deos libros scripsit Epicurus? At quomodo in his loquitur? Vt Coruncanum aut Scæuolam pontifices maximos te audire dicas: non eũ qui sustulerit omnem funditus religionem:nec manibus ut Xerxes:sed rationibus deorum imortaliũ templa & aras euerterit. Quid est enim cur deos ab hominibus colẽdos dicas:quum dii non mõ hoíes

non colant:

NON colant:ament & aliquo beneficio prosequantur.& ornent. NIHIL curent:nullam habeant rerum huma-narum curam & studium. AT est eorum:hæc erat ratio Epicureorum quare deus esset colendus etiam si nil ipse curaret aut ageret quam opinionem Cota refellit. EXImium:præstans atq; excellens. PORro:certe. PIEtas: optima dispositio & iustitia deo,tribuens quod illi debetur. IVris:iustæ obligationis. COMmunitas:consociatio & cõmunicatio munerum & beneficiorum.Si nihil inquit habent cõmune nobiscum.Sed sibi tantum uiuunt: nullum ius inter nos & illos intercedit. nulla Lex.nulla obligatio. NAM superstitione:non est difficile inquit liberare animos superstitiõe:idest uano deorum metu illis qui dicunt deum uacare ira. & gratia:iccirco nolite gloriari uos Epicurei q̃ hoc effeceritis:qui deum nullo modo timent superstitiosi esse nõ possunt. Sed illi qui deum irasci arbitrantur.& punire sontes : & de humano genere benemereri cogitantem.& benemerẽtem. VIM: impetum & iram punitricem ita dixerat uelleius.si nil aliud quærimus nisi ut deos pie colamus ut superstitione liberaremur:satis erat dictum. Nam & præstans deorum natura hominum pietate coleretur: haberet enĩ uenerationem iustam quicquid excellit & metus omnis a ui:atq; ira pulsus esset.Intelligitur enim a beata ĩmortaliq; natura & iram & gratiam segregari quibus remotis nullos a superis impendere metus. NISI forte:quasi dicat qui deos esse negant superstitiosi esse nõ possunt cum nullam penitus habeant religionem : & ponit exempla. NE protagoram quidem: idest censeo etiam protagoram non fuisse superstiosum cum in ambiguum reliquerit esse deos aut non esse. NEVtrũ libuerit:placuerit quoniam dixit se dubitare nec sibi liquere deos esse uel non esse. TImor inanis: uanus & sine causa:cũ ea timeat quæ timenda non sunt:& non speranda speret. CONtinetur:comprænditur: quasi ligatur & est. PRO cultu:iusto & casto dei metu ac ueneratione quæ deo debetur ob eius excellentiam:& beneficia erga mortale genus maxima ideo patrem illum appellamus.& optimum.& maximum:sic loquimur hoc continetur illa re.idest in ea consistit & permanet. Q VIDue : & hi etiam superstitiõem ac religionem penitus amouerunt q̃ sic opinati sunt. CAVsa rei pu.pro cõi utilitate rerũ publicarũ:quæ citra religionẽ non bene regi aut gubernari põt. RAtio:persuasio humana & disputatio de natura hominis natura coniuncti atq; ciuilis nec nõ ad honestatẽ nati atq; gloriã. AD officiũ:ad actiones iustas atq; decoras. CIus.ex cea insula.Prodic⁹ fuit sophista temporibus illis apprime nobilis multis claruit discipulis inter quos enituit Isocrates:cuius domus quasi ludus quidam patuit atq; officina dicendi. FORtes:bellicosos. CLAros:aliq̃ excellentia insignes. POtentes: principes: & reges. Q VAE rõ:modus peruenidi ad deos p uirtutes & principatus. TRActata est : explicata & celebrata monimẽtis litterarum Lactantius ita scribit. Antiqu⁹ autor Euhemer⁹ q̃ fuit e ciuitate messana res gestas Iouis & cæterorũ q̃ dii putant̃ collegit: historiamq; cõtexuit hanc interpraetat⁹ est Ennius & secutus. INterpretatus:in latinũ uertit Sacrã euhemeri historiã. PRAEter ultra alios. ELEusinẽ illã sanctã: religiosam inuiolabilẽ.& cereri sacrã q̃ apud eleusinẽ atticæ oppidũ religiosissime olim colebat̃ ut cõis mater. AVGVstam: celebrẽ.& arcão sacrorũ ritu illustrẽ.Augusta loca dñr rite dicata.& diuino nutu cõsecrata & maiestate quadam prædita. INitiant̃:sacris cerealibus imbuunt̃ & ascribunt̃.Idẽ in legibus ita scribit nil p̃clarius augustis mysteriis Athenæ pepererũt:q̃bus ex agresti imaniq; uita exculti ad humanitatẽ & mitigati sumus initiaq; ut appellant̃ ita re uera pri

non colant:sed omnino nihil curent:nihil agant.At est eorum eximia quædã præstansq; natura:ut ea debeat ipsa per se ad se colendã elicere sapiẽtẽ. An q̃cq̃ eximium põt esse in ea natura:quæ sua uoluptate lætans nihil nec actura sit unq̃:neq; agat: neq; egerit? Quæ porro pietas,ei debet̃:a quo nihil acceperis? Aut q̃d omnino cuius nullum meritum sit: ei deberi põt? Est enim pietas iustitia aduersum deos:cum q̃bus quid põt esse iuris:quum homini nulla cũ deo sit cõmunitas? Sanctitas autem est scientia colẽdorũ deorum:qui quãobrẽ colendi sint nõ intelligo: nullo nec accepto ab iis:nec sperato bono. Quid est autem q̃ deos ueneremur p̃pter admirationẽ eius naturæ:in qua egregium nihil uidemus? Nã superstitione:quod gloriari soletis:facile est liberare quũ sustuleris omnem uim deorum. Nisi forte Diagorã aut Theodorũ:qui omnino deos esse negabant:censes superstitiosos esse potuisse. Ego ne protagorã quidem:cui neutrum libuerit:nec esse deos nec nõ esse. Horum enim sententiæ omnium nõ mõ superstitionẽ tollũt:in qua inest timor inanis deorum: sed ẽt religionem:quæ deorum cultu pio cõtinet̃. Quid ue qui dixerunt totã de diis ĩmortalibus opinionẽ fictã esse ab hõinibus sapientibus.r.p.causa ut quos ratio nõ posset:eos ad officiũ religio duceret? nõ ne omnem religionem funditus sustulerunt? Quid Prodicus cius:qui ea quæ prodessent hominum uitæ deorum in numero habita esse dixit:quam tandẽ religionem reliquit? Quid qui aut fortes:aut claros aut potentes uiros tradunt post mortem ad deos p̃uenisse? eosq; esse ipsos:quos nos colere precari uenerariq; soleamus? non ne expertes sunt religionũ omniũ? Quæ ratio maxime tractata ab euhemero est:quem noster & interpraetatus:& secutus est præter cæteros Enni⁹. Ab Euhemero autem & mortes & sepulturæ demõstrant̃ deorũ. Vtrũ igit̃ hic cõfirmasse uidet̃ religionẽ:an penit⁹ totũ sustulisse? omitto Eleusinẽ sanctã illã & augustã:ubi initiant̃ gẽtes

cipia uitæ cognominimus hæc Cicero. Strabo agens de attica regione dicit. Eleusis urbs ubi eleusinæ cereris tēplum ē, & mysticum phanum turbæ theatralis capacissimum. ORAtum extremarum regionum ac per hoc remotissimarum ut celebritas loci ostendatur: carmen est hoc ueteris cuiusdā poetæ. SAmothracia & Lemnos īsulæ maris ægei uersus thraciam Apollonius canens nauigationem argonautarum dicit. Minyæ iussu Orphei namqȝ appulerunt uesperi ad insulam electræ Atlantidos ut initiati sacris inuiolabilibus per mare sospites nauigarent ulterius non dicam. gaudeat insula & habitatores qui talia orgia fortiti sunt quæ canere nobis fas non est. Interpres autem sic enarrat his sacris initiatus in marinis saluatur fluctibus. Vlyssem dicunt initiatum in Samothracia usum fuisse Teniis circa uentrem initiantur caberis quattuor quorum nomina hæc sunt: Axioros: Axiocersa: Axiocersos & casmilos idest ceres persephone pluto & Mercurius ut Dionysiodorus autor est. hæc ille tellus electria inquit Valerius flaccus. Threiciis arcana sacris hic numinis ingēs Horror: & incautis decreta piacula linguis. QUIbus explicatis: resolutis declaratis & patefactis: & reductis ad rationem & causam naturalem. REtum: idest terræ quæ sub ceteris nomīe colebatur mysticis sacris & ignis qui sub nomine Vulcani colebat apud lemnū insulā Samothraciæ uicinā. MAgnus: doct⁹ & ī physica indagatiōe nobilis: cui⁹ fontes .i. fināas in suos hortos .i. dogmata & cōmentationes deriuauit Epicurus schola cuius fuit hortus ut dictū est. NUtare: fluctuare uacillare ambigere dubitare. TUM: modo & interdū putat & iudicat. PRINcipia: semina rerū. MENtes intelligētias. ANImantes: aīam habētes. TANtasqȝ magnas ut totā rerū naturā cōtineāt & ambiāt. PAtria .i. abdera urbe thraciæ cui⁹ aer crassus erat. Vnde Iuuenalis cui⁹ prudētia mōstrat sūmos posse uiros & magna exēpla datur⁹. Veruecū ī pātria crassoqȝ sub aere nasci. & illud abderitanæ pectora plæbis habes. Delyratio nis abderitarū meminit ēt Lucianus. COMphendere: cōcipere imaginari & ueras eē credere qsi dicat nemo. CVLtu: honore. REligiōe: reuerētia: & cōsecratiōe. OPem: auxiliū: psidiū & subsidiū in rebus aduersis. GRAtiā: bēignā mētē atqȝ pmptā ad bū pmerendū uolūtatē. BOnitate: iustitia bēignitate gratitudine humanitate. BEneficētia: collatiōe bnficiorū: & studio dōandi & auxiliādi atqȝ augēdi res eorū q cari nobis sūt. CArū: amabilē & iucūdū. Carū id dr qd est ptiosum & ob id amari dignū unde caritas amor atqȝ studiū rei gratæ. iucūdæ. Careqȝ talis affectio dr a græcis agape .i. de agapy i⁹ amabilis a uerbo agapao qd significat amo rē aliq̄ & ī illa acquesco. MEli⁹: uer⁹ atqȝ eruditi⁹. CENsent: iudicāt statuūt ex cognitiōe cōiūctiōis q ē hōi cū quoqȝ rōne humānitatis: nā hō ab hoīe qcūqȝ sit ille alien⁹ nō ēentiqȝ fouere debet ac tueri natura ita iubēte quæ hominē homini carū fecit & cōmēdauit. SApiētes: pfectos hoīes & e natura uiuētes. AMIcos: bēiuolos atqȝ beneficos. ETIā ignotis: qbuscūqȝ unus naturam ducē sequentib⁹. AMAbili⁹: apti⁹ & digni⁹ amari. tria sūt amabilia fortūæ cōmoda corporis & aī qs uirtutes appellam⁹ qb⁹ cætera cōparata uix amabilia uidentur: tāta ē bonorū aī excellētia. QuId mali datis .i. multū cōfūditis rōnē rectā uiuēdi & gratificādi q̄d .n. bēignitati nē adscribēdū ē q dōare gaudet & pdesse: uos Epicurei necitati appōitis & usuræ. INbecillitatē: ipotētiā atqȝ iopiā: sic .n. dicebāt rō aliq gratificant qppiā qbusdā: qm illorū aīos emereri studēt qd n faciūt q ex se sufficiētes sūt: q̄les dii hūt q rō uāissima ē. nā generosa nā dare gaudet potiusqȝ accipe illud .n. supioris ē: hoc uero pserioris. Illud sufficiētiā h uero īdigētiā arguit. GRAtificationē: collationē bnficiorū: & libalitatē eē qndā ībecillitatē & ipotētiæ idiciū. BEniuolētiā: caritatē & dilectionē. VIM: & naturā: ppetatē diuini nūmis q cū sit pstās & eximia par ē deber eē bēignissimā s3 uos Epicurei ēt īter hoīes n pōitis amorē gratuitatū: s3 oīa ad pprīā utilitatē & uolupta tē referēda cēsetis omittitisqȝ oīo naturāqȝ hoīem hoī cōciliauit & amicū fecit nllū exigēs fen⁹ amoris s3 offīn respiciēs qd semp pstādū ē & oīb⁹ ut decet. IMbecilli: ipotētes & p se n sufficiētes id cōseq qd exoptāt. BEneficos: auxiliatores & bnfactores. BEnignos: libales atqȝ mūificos. NVlla ē: qt Cota an sit caritas gratuita īter bonos q pp bōitatē se amāt & n pp utilitatē aut extra bōa. q. d. ē talis caritas duce nā & cōseruari d3 his q e nā uiuē cupiūt. Charitas: amor dilectio

orarū ultiæ. Prætereo samothraciā eaqȝ q lemni nocturno aditu occulta colunt silueftribus sepib⁹ dēsa: qbus explicatis ad rationēqȝ reuocatis rerum magis natura cognoscit q deorū. Mihi qdē Democritus ēt uir magnus imprimis: cuius fontibus Epicur⁹ hortulos suos irrigauit nutare uidet in natura deorum. Tū .n. censet imagines diuinitate præditas inesse uniuersitati rerē: tū principia mētesqȝ q sunt in eodē uniuerso deos eē dicit: tū aīantes imagines q uel pdesse nob solēt: uel nocere: tū īgētes qsdā imagines: tātasqȝ ut uniuersū mūdū cōplectant extrisec⁹: q qdē oīa sūt pātria Dēocriti q Democrito digniora. Quis .n. istas imagies cōpræhēder aīo pōt⁹ qs admirari⁹ qs aut cultu aut religiōe dignas iudicar? Epicur⁹ uero ex aīs hominū extraxit radicit⁹ religionē quū diis imortalib⁹ & opē & grām substulit. Quū .n. optimā & pstātissimā nām dei dicat eē negat eē ī deo gratiā: tollit id qd maxie ppriū ē optīæ pstātissimæqȝ naturæ. Quid n. ē meli⁹ aut qd pstāti⁹ bōitate & bnficētia: q quū carere deū uultis: neminē deo nec deū nec hoiem carū: neminē ab eo amari: neminē diligi uultis. Ita fit ut nō hoies a diis: s3 ipi dii īter se ab aliis alii negligant. Quāto stoici meli⁹: q a uobis reprehēdūtur: cēsent āt sapiētes sapiētib⁹ ēt ignotis eē amicos. Nihil ēn. uirtute amabili⁹ quā q adept⁹ erit ubicūqȝ erit gētiū a nobis diliget. Vos āt qd mali datis: quū ībecillitatē gratificationē & beniuolentiā ponitis: Vt enim omittā uim & naturam deorū: ne hoies qdē censetis nisi ībecilli eēnt bēificos & bēignos fuisse. Nulla est caritas

dilectio. NAturalis: cōsentanea naturae: q̄ p̄mium fortuitū nō expectat: sed gaudet officio. Vnde Seneca dicit benefi/cii fecisse merces est. CARVM ip̄m: explicat Cota uim & significationē charitatis: carū igr dr̄ p̄tiosum: & dignū amo/re: a quo amicitia dicta: q̄ est beniuolētia mutua nō latens. DVCTA: originata: & deriuata. Q VAM: amicitiā: si pp nr̄az util. colem⁹ feneratores erim⁹: nō amici. MERcatura negociatio: & ars Lucrādi. PRAta & arua: hō pp se amā/dus est. caetera uero pp solā utilitatē diligunt̄. GRAtuita nullū exigēs p̄mium extrinsecū. DEOrū amicitia debet eē magis gratuita cū nulla re indigeant. CONsulūt: puideant: & foueāt qd̄ nisi fuerit. oīs ueneratio uana erit. SActis: ceremoniis ut rite peragrant̄. haec. n. est cura pontificis.

naturalis inter bonos? Carū ip̄m uerbū est amoris: ex quo amicitiae nomen est ductū: quā si ad fructuz nr̄m referemus: nō ad illius cōmoda quē diligimus: non erit ista amicitia: sed mercatura q̄dam utilitatuz suarū. Prata & arua & pecudū greges diligunt̄ isto mōq; fructus ex eis capiunt̄: hoīum charitas & ami/citia gratuita est. Q uāto igit̄ magis deo℞: qui nulla re egentes sunt: & īter se diligunt: & hoibus cōsulūt? Q d̄ ni ita sit: quid ueneram ur: quid p̄camur deos? Cur sacris pōtifices: cur auspiciis augures praesunt? Q uid optamus a diis īmortalibus? qd uouemus? At etiā liber est Epicuri de sanctitate. Ludimur ab ho/mine nō tam faceto q̄ ad scribendi licentiam libero. Q uae enim pōt esse sanctitas. si dii humana non cu/rant? Q uae aūt aians natura nihil curans? Verius est igitur illud nimirum: qd̄ familiaris oīum nostrum Possidonius disseruit in libro qnto de natura deo/rum: nullos eē deos Epicuro uideri: quaeq; is de diis īmortalibus dixerit. inuidiae detestādae gratia dixisse. Neq; enim tam desipiēs fuisset: ut homūculis similē deum fingeret lineamētis duntaxat extremis: nō ha/bitu solido: mēbris hoīs p̄ditum oibus: usu mēbro/rum ne minimo q̄dem: exilez quēdā atq; perlucidū: nihil cuiquā tribuentem: nihil gratificātem omnino nihil curātem: nihil agentem: quae natura primū nul/la esse pōt: idq; uidens Epicurus re tollit: oratione relin quit deos. Deinde si maxime talis est deus: ut nulla gr̄a: nulla hominū charitate teneat̄ ualeat. Q uid eni dicam propitius sit? eē eni ꝓpitius pōt nemini: qm̄ ut dicitis oīs in imbecillitate est & gr̄a & charitas.

AVSPIciis augurnis: ut uolūtas diuina intelligatur in uolatu auiū: & garritu. qbus p̄erat augurū collegium.

PVrior:simplicior ac per hoc uegetior nulla concre/tione impeditus & obtusus. MObilior: efficacior ad ciendos motus nulla corporea mole tardatus. Vnde Maro dixit. Igneus est ollis uigor & cælestis origo Sæminibus quantum non noxia corpora tardant. AD sensus:sensuum cognitiones atq; iudicia. REtinentur sustentantur elemēta. & ex his composita scilicet quæ humanis patent sensibus. ET uigent:uigorem habēt & augumenta recipiunt uaria motusq;. ABsurdum: non consonum rationi quoniam partes essent suo to/to nobiliores: & causæ secundæ primam superarent quod ratio non recipit. TEneantur:foueantur: & su/stententur:& propter innatum calorem indicium sen/suum habeant atq; moueantur. SIne sensu: cognitio/ne sensuum. INtegro:nihil imminuto ac per hoc uali/do. PVro:simplici & omni uacans concretione: qua debilitari posset ac impediri. ACERrimo: acutissimo & fortissimo. MObilissimo celerrimo citra impedi/mentum feculenti alicuius & densi.

teneatur

respiratione aquarum. earum .n. quasi uapor quidā aer habendus est. Is aūt existit motu eius caloris qui aquis continet̃. Quam similitudinē cernere possumus in his aquis: quæ efferuescunt subditis ignibus Iam uero reliqua quarta pars mundi ea & ipsa tota natura feruida est: & cæteris naturis omnibus saluta/rem impertit: & uitalē calorem. Ex quo concludit̃ cū oēs mundi partes sustineant̃ calore mundū ēt ipsū simili pariq; natura in tanta diuturnitate seruari eoq; magis ꝙ intelligi debet calidum illud atq; igneū ita in oī fusum esse natura ut in eo sit procreandi uis: & causa gignendi:a quo aīantia oīa: & ea quorū stirpes terra continent̃ & nasci sit necesse: & augescere. Na/tura est igit̃ quæ cōtineat mundū oēm: eumq; tuea/tur. & ea quidem nō sine sensu atq; rōne: omnem .n. naturā necesse est ꝙ nō solitaria sit: neq; simplex: sed cū alio iuncta atq; connexa habere aliquē in se prin/cipatū: ut in hoīe mentem: in bælua qddā simile mē/tis: unde oriant̃ rerū appetitus. In arborū autē: & ea/rum rerū quæ gignant̃ ex terra radicibus inesse prin/cipatus putat̃ principatū aūt id dico quod græci he/gemonicon: quo nihil in quoq; genere nec pōt nec debet esse pstantius. Itaq; necesse est illud ēt in quo sit totius naturæ pricipat⁹ eē omniū optimū oīumq; rerū dominatu & potestate dignissimū. Videmus āt in partib⁹ mundi (nihil est. n. in oī mūdo quod non pars uniuersi sit) inesse sensum: atq; rationem. In ea parte igitur in qua mundi est principatus hæc inesse necesse est & acriora quidem atq; maiora. Quocir/ca sapientem esse mundum necesse est. Naturamq; eam quæ res omnis complexa teneat perfectiōe ra/tionis excellere: eoq; deum esse mundū: omnemq; uim mundi diuina natura contineri. Atq; mundi il/le feruor purior: perlucidior: mobiliorq; multo: ob easq; causas aptior ad sensus cōmouendos q̃ hic no/ster calor quo hæc quæ nota nobis sunt retinentur & uigent. Absurdum igitur est dicere cum homines bestiæq; hoc calore teneantur: & propterea moue/antur & sentiant mundū esse sine sensu: q integro: & libero: & puro eodēq; acerrio & mobilissimo ardore

teneatur

teneatur:præsertim cum is ardor qui est mundi non agitat⁹ ab alio:neq; externo pulsu sed p seipse ac sua sponte moueatᷣ. Nam qd pōt esse mundo ualentius qd pellat atq; moueat calorē eū quo ille teneatᷣ? Audiamus.n.platonē q̄si quendā deū philosophorum: cui duos placet esse motus:unū suū:alterū externū: esse aūt diuinius qd ipsum ex se sua sponte moueatᷣ q̄ quod pulsu agitetᷣ alieno.hunc aūt motū in solis animis esse ponit ab hisq; principiū motus esse ductū putat. Quapp qm̄ ex mundi ardore motus oīs oritur:is aūt ardor nō alieno impulsu sed sua sponte mouetᷣ animus sit necesse est.ex quo efficitᷣ aiantē esse mundū. Atq; ex hoc quoq; intelligi poterit i eo inesse intelligentiā: ꝙ certe est mūdus melior q̄ ulla natura. Vt.n.nulla pars est corporis nr̄i quæ nō minor sit q̄ nosmetipsi sumus: sic.mundū uniuersum pluris eē necesse est q̄ partē aliquā uniuersi. Quod si ita est sapiens mūdus sit necesse est. Nam ni ita eēt hoiem qui est mundi pars: qm̄ rōnis ē particeps pluris eē q̄ mundū omnē oporteret. Atq; ēt si a primis inchoatisq; naturis ad ultimas perfectasq; uolumus procedere ad deoꝝ naturam ueniamus necesse est. Prima.n.animaduertimus a natura sustineri ea quæ gignantᷣ ex terra qbus natura nihil tribuit amplius q̄ ut ea alendo:atq; augēdo tueretᷣ. bestiis aūt motum & sensum dedit:& cuȝ quodā appetitu accessum ad res salutares:a pestiferis recessum. Homini hoc amplius ꝙ addidit rōnē q̄ regerentᷣ aī appetit⁹ q tū rēitterentᷣ:tū cōtinerentᷣ. Quart⁹ āt grad⁹ & altissim⁹ eorū

TEneatur:sustentetur. PVLsu:ui & tactu extrinseco. Sed suo & natiuo. SVA sponte:proprie naturæ impulsu:spōte id moueri dicitur quod suo nutu mouetᷣ & propria ui qui motus animis tantum conuenit quibus corpora mouētur atq; impellnntur. VAlentius:robustius quasi dicat nihil. PELlat:tangendo moueat. ILLE: mundus:cōfirmat suam rationē autoritate platonis qui est quasi quoddam philosophorum numen. Plato igitur in eo dialogo qui phedrus īscribitur agēs de animæ imortalitate dicit. Cum igitur appareat imortale esse quod se ipsum mouet. animæ substantiam & rōnem hanc qui dixerit non erubescet, omne enim corpus cui motus extrinsecus accidit inānime est. cui uero intus ex se ipso id inest animatum tanq̄ hæc animæ natura sit:quod si ita est ut non sit aliud quicq̄ qd se ipsum moueat præter animā necessario ingenita:& imortalis est anima. SVum : proprium & naturalem siue intrinsecum. EXternum:alienum: & accidens. DIuinius:diuinioris naturæ atq; indesinētis perfectionis. SVA sponte:natiua & ui insita. PVLsu:tactu & agitatu extrinseco. HVNC:sua sponte motum. AB his:animis corpora mouentibus. Vnde Aristoteles etiā nouo nomine idem asseruit dicens aīam esse entelechiam corporis.idest continuatam motionē atq; perennem ut Cicero in prima q̄stione tusculana interpretatur. Themistius agens in sua paraphrasi de hac Aristotelica definitione ac ui animæ dicit. Animal cōtinenter labitur: & subinde fit aīa nunq̄ quiescente a suo munere. DVctum:originatum. Solū inquit plato qd se ipsum mouet qa nunq̄ deseritur a se nunq̄ ne moueri qdem desinit quin ēt cæteris quæ mouentᷣ. hic fons: hoc principiū est mouendi. principii āt nulla est origo. nā e principio oriuntᷣ omnia. MOtus omnis: qui scilicet est in partib⁹ ipsius mundi cuius pprius motus ē uelut aia totius naturæ. & hanc aīam deū appellabant stoici fontē uidelicet atq; principiū cæterorū motuū. ALIeno:extrīseco siue externo tactu & ui sed. SVA spōte natura & ex se pprioq; actu. ANImus:eam uim habens in uniuersa natura qd animus in singulis corporibus: & sic cōcludebāt aiantem esse mūdū. ATq; hoc quoq; demonstratū est inqt mundū habere aīam. pari rōne concluditur habere sapiām ne pars mundi ptiosior sit q̄ mundus uniuersus. MElior:pstantior & excellentior. QuAM ulla natura:aliq̄ alia res naturalis q̄ est pars naturæ uniuersæ. PLVris: maioris æstimatiōis ob maiores dotes & præstantiores q̄litates & uires. SApiens: undiq; pfectus & cōsumatus. Atq; ēt ordo reꝝ inquit & ab imis ad sūma pgressus excellētiam diuinæ naturæ considerantibus nobis oñdit atq; declarat: qd inductione patet. PRImis:impfectissimis q̄les herbæ sunt & stirpes cæteraq; id genus. INchoatis idest imperfectis: quæ natura quidē inchoauit subornauit atq; instrumenta dedit quibus tandem perficiantur in suo genere. VLtimas:postremas nouissimas cōtra primas. PERfectas:undiq; consumatas & excellentes contra inchoatas. AD deorum naturam:idest ultimam & perfectissimam. PRIma:enim ponit exemplum earum rerum quæ sunt primæ.idest minimam perfectionem habētes:animam scilicet altricem cum suis uiribus quæ in natura imum habent gradum. SVstineri:ali foueri & contineri. ALēdo:nutriendo & augendo. TVEretur:cōseruaret. MOTVM: animam loco mouentem & in loco. SENsum: animam sentientem:sine qua non dicitur animal etiam si altricem animam habeat : ut herba & uirgultum sensus requiritur:& is maxime qui est cōmunissimus & tactus appellatur. Vnde Aristoteles dicit animal est ob sensum primo. APpetitu:cupiditate naturali eius rei quæ utilis iucunda & salutaris uidetur sensibus & gustatui maxime animal etenim tantum appetit:& sequitur quantum dictat ei sensus & iudicat. bælua inquit Cicero alibi tantum quantum sensu mouetur. HOC amplius:supra sensus & appetitus. QuI tum : modo & interdum relaxarentur modo contraherentur:ut fiat mediocritas in qua consistit uirtus, debemus etenim appetere bonum ut oportet: & ratio recta præscribit.

QVI natura boni: Aristoteles in ultimo moralium dicit Aliqui boni fiunt natura:aliqui doctrina. natura ut consist in nostra pôt ac nõ est. Sed inascitur his hominibus p causam quandã diuinã q nere fiunt fortũati hæc philosophus. Pindarus melius dixit boni uiri & sapiẽtes diuino munere generant complures hoies comparatis uirtutibus nitunt ad gloriã. Sed qd sine deo fit siletur pitudẽtius q̃ prædicetur naturale quodcunq; optimũ. SApientes: pfectionem mentis & intellectus habentes qd diuinæ tantũ naturæ cõuenit. RAtio recta: pfecta & in nullo aberrans aut claudicans. CONstans: pseuerans. nunq̃ uacillans grauis firma stabilis. SVpra hoiem: hominis conditionẽ atq; naturam inchoatã quidẽ & ad suam perfectionẽ tempus usum & doctrinæ formulas regentẽ. ABsolutã: undiq; cõsumatã. NEq; n. dici pôt: omnis inquit Balbus ordo rerũ naturaliũ ad finem tẽdit atq; perfectionem quod mundus ideo assequit facillime qm nulla ui pôt impediri cum nihil illo sit ualentius. IN nulla institutione: aliqua ordinatione inchoatione: atq; inceptione siue principio. natura si qdẽ agit pp finẽ & in oĩ rerũ serie ad perfectionem respicit. EXtremũ: ultimã cõsumationẽ. PERfectũ: ois habens numeros. VT enim in ite: probat hoc exemplis uegetabiliũ & animantium: quæ remotis impedimentis ad extremum sue naturæ suopte nutu sponteq̃ contendũt. QuAE uis: aliq̃ uiolenta & contrarius obstitit conatus. SVO itinere: pprio quodã progressu a primis ad ultima. FAbricaq; ars fabrilis. QVENdã effectũ: finẽ & perfectionem. Non est ars inquit Seneca quæ ad effectum casu uenit: & necusli uidetur dura curatio cuius est salutaris effectus. ABsoluti: perfecti in suo genere & hoc est bonũ & finis ipsius artis. IN omni natura: uniuersa & tota idest mundo & causa cõmuni quæ impediri nõ potest. NAturis: q̃litatibus rerum naturalium. EXterna: uiolenta extrinsecus illata. QVO minus: ut nõ absoluant. VNiuersam: totam & cõmunem idest ipsum mundũ. COhibet: comprimit coercet tanq̃ partes minimas; unũ. CONtinet: complectitur suo gremio. VIS: contrarius impetus cum oĩa uniuersæ naturæ subiiciant: & famulentur. GRAdus: cõditio status q̃litas. REum oium natura: idest cũ uniuersa rerum collocatur & principatus. SApientẽ: sũma perfectione præditũ. esset enim stultum inquit aliter de mundo idest deo sentire. QVI. n. quomodo qua uia qui bus medus & dotibus posset esse optima & præstantissima nisi per aiam cõsiliũ & sapientiã. SImilis stirpium: habens aĩam altricem tñ: quæ unũ habet gradũ & ignobilissimũ. BEstiarũ: habentiũ sensus & localẽ motũ. DEterrima: abiectissima. A PRINcipio: a primo ortu natura & origine. CONditio: sors natura q̃litas. POtest fieri: cum sit a natura instructus & subornatus ut usu & disciplina perfici possit. QVOD: eẽ homine deteriorem non est rationi consonum. CVI nihil absit: desit ad suam perfectionem unde melius poeta dixit. Nihil est ab omni parte beatum. APtum connexum colligatum decens atq; conueniens: cum sit in seipso totus teres atq; rotundus. NVmeris: perfectionibus. modus loquendi stoicus is dicitur habere omnis numeros qui est perfectissimus: & id omne assequutus quod ad talem sũmam requiritur.

qui natura boni sapientesq; gignuntur Quibus a principio innascitur ratio recta cõstansq;: quæ supra hominem putanda est: deoq; tribuenda idest mundo in quo necesse est perfectam illam atq; absolutam inesse rationem Neq; enim dici potest in ulla rerum institutione non esse aliquid extremum atq; perfectum. Vt enim in uite: ut in pecude nisi quæ uis obstitit uidemus naturam suo quodam itinere ad ultimum peruenire. Atq; ut pictura & fabrica cæteræq; artes habent quendam absoluti operis effectum: sic in omni natura ac multo etiam magis necesse est absolui aliquid ac perfici. Et enim cæteris naturis multa externa quo minus perficiantur possunt obsistere. Vniuersam autem naturam nulla res potest impedire: propterea q omnis naturas cohibet & continet. Quo circa necesse est esse illum quartum & altissimum gradum: quo nulla uis possit accedere. Is autem est gradus in quo reruз oium natura ponitur. Quæ quoniam talis est ut præsit oibus: & eaз nulla res possit impedire: necesse est intelligentem esse mundum: & qdem etiam sapientem. Quid aũt est inscitius q̃ eam naturã quæ oĩs res sit complexa non optimam dici? Aut cum optima nõ primum animantem esse: deinde rationis & consili compotem: postremo sapientem? Qui enim aliter potest esse optima? Neq; enim stirpium si similis sit: aut beluarum optima putanda sit potiusq̃ deterrima. Nec uero si rationis particeps: nec sit tamen a principio sapiens non sit deterior mundi potiusq̃ humana conditio. Homo enim sapiens fieri potest mundus autem si in æterno præteriti temporis spatio fuit insipiens nunquam profecto sapientiam cõsequetur. Ita erit homine deterior quod quoniam absurdum est & sapiens a principio mundus & deus habendus est. Neq;. n. est quicq̃ aliud præter munduз cui nihil absit quodq; undiq; aptuз: atq; perfectum: expletumq; sit omnibus suis numeris: & partibus.

SCITE enim:laudat chrysippi sententiam exemplis ostendentem mundi perfectionem cum sit uniuersalis causa a qua omnia. & ad ipsam quicquid est tēdat tanq̃ bonum summum & perfectissimum. Vnde dixit philosophus propter quod unumquodq; tale & illud magis. INVOlucrum:tegmen quo clypeum inuoluitur & implicatur ut nitidus conseruetur. PRAEter mundum:excepto mundo propter quem sunt. VT:sicut & quēadmodum. FRVges omnia quibus animantes fruuntur ad pastum. FRVctus:omnia genera pomorum. & baccarum. ANImantium:bēluarum quæ ad usum hominum natæ sunt:illis etenim citra scelus abutuntur etiam ad cibum. VEHENDI:portandi.

Scite enim chrysippus ut clypei causa inuolucrum: uaginam autem gladii sic præter mundū cætera omnia aliorum causa esse generata. Vt eas fruges: atq; fructus quos terra gignit animantium causa: Animantes autem hominum Vt equum uehendi causa:arandi bouem:uenandi & custodiendi canem. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum:& imitandum in nullo perfectus: sed est quædam particula perfecti. Sic mundus quoniam omnia complexus est. Nec est quicq̃ quod non insit in eo perfectus undiq; est. Quid igitur potest ei deesse quod est optimum? Nihil autem mente & ratione melius:ergo hæc mundo deesse non possunt. Bene igitur idem chrysippus: qui similitudines adiungēs omnia in perfectis & maturis docet esse meliora:ut in equo q̃ in equlo in uiro q̃ in puero. Item q̃ in omni mundo optimū sit id in perfecto aliquo atq; absoluto esse debere. est autem mundo nihil perfectius: nihil uirtute melius:igitur mundi est propria uirtus. Nec uero natura hominis perfecta est:& efficitur tamen in homine uirtus. Quanto igit̃ in mūdo facilius est? ergo in eo uirtus:sapiens igitur est:& propterea deus. Atq; hac mundi diuinitate perspecta tribuenda est syderibus eadem diuinitas: quæ ex nobilissima purissimaq; ætheris parte gignuntur. Neq; ulla præterea sunt admixta natura: totaq; sunt calida atq; perlucida:ut ea quoq; rectissime & animātia esse & sentire atq; intelligere dicantur. Atq; ea quidē tota esse ignea duorum sensuum testimonio cōfirmari Cleāthes putat tactus & oculorum. Nā solis

CVSTOdiendi:canum fida custodia celebrata est multorum præconio fidelissimi sunt homini ante omnia canes inquit Plynius:& pugnasse pro domino canem aduersus latrones accepimus:cōfectumq; plagis a corpore nō recessisse uolucres & feras abigentem. CONtemplandum:spectandum & considerandum. IMITANdum:idest ut imitetur uita. & ingenio pulchritudinem rerum cælestium. & ordinis sempiterni cōstantiam atq; concentum. IN NVLlo:in nulla parte suæ naturæ:idest non habens eam perfectionem quæ maxima est & soli deo conuenit. Sed est quædam portio rei perfectæ:idest mundi ac dei. OMNIA complexus est:continet & suo ambitu compræhendit ut quoddā perfectissimum & absolutissimū. EI QuOD est optimum:quasi dicat ei quod est optimum & præstantissimum nihil potest deesse. Non enim esset optimum si quid ei deesset. MENTE & ratione:consilio prudentia sapientia. BENE:scite atq; prudenter. ET MAturis:consumatæ ætatis:& undiq; propriis idoneæ muneribus. Vnde dicitur matura ætas:& puella uiro matura:& tēpestiua. EQVVLO:æquino pullo. VIRTVTE:absolutione rationis & perfectione omnium potentiarum quæ ad suos habitus tendunt & actus. quod est uirtutis utriusq; munus actiuæ scilicet. & inspectiuæ cuius principatus ascribitur merito sapientiæ quæ est humanarum:diuinarumq; rerum. & causarū cognitio. EST PROpria: cum sit quoddam perfectum:& id habeat cum sūma excellentia quod in omni mundo est optimum. NEQVE perfecta: idest non habet a primo ortu perfectionem:attamen usu:& disciplina parat sibi uirtutem. multo id facilius mundo undiq; & semper perfecto. ET PROPTErea deus:idest diuina natura præditus. Sapientis nomen inquit Plato soli deo conuenit. PERspecta:cognita & itellecta. EADEM diuinitas:par natura ut scilicet animata sint sentiant. motum habeant intelligant: & uirtute prædita sint. NOBILISsima: celeberrima. PVRISsima:simplicissima. & mundissima. ADMIXta: composita & concreta qualitatibus feculentis aliarum rerum naturalium. CALIDA:ignea ut prisci opinati sunt. VT EA QVOq;:quemadmodum mundus.

RECTISSIME:uerissime tota. ESSE ignea:habere igneam substantiam:TESTIMONIO tactus & oculorum: hanc priscorum opinionem refellit. Aristoteles in secundo de cælo & mundo his uerbis oportet nos ponere quamlibet stellam ex illo corpore in quo mouetur:diximus hoc corpus aliud esse a quatuor corporibus. Iccirco prisci stellas igneas esse dixerunt quoniam altissimum corpus ponebant igneum. Nos autem dicimus stellas habere naturam quinti corporis in quo fixæ sunt. calor autem ueniens e stellis fit e confricatione aeris. motus etenim calefacit lignum ferrum & lapidem. declaratum est igitur q̃ stellæ non sunt igneæ. & q̃ lux earum non est ignea. & propter hoc non cadit sub uisu:quod exponens interpres dicit sensus philosophi est q̃ per lumen stellarum non compræhenditur a uisu q̃ sint igneæ. NAM SOLIS candor:hæc erat ratio cleantis testimonio duorum sensuum utentis. Verum in hoc decipitur. quoniam non sequitur. Aliquid est lucidum ergo igneum. multa etenim habent lucem quæ ignea nō sunt: sic etiam dicitur de calore & tactu:quapropter ueritas diuinæ scripturæ lucem poni in cælestibus corporibus & non ignem. Cui nobilissimus philosophus astipulatur.

CANDOR:splendor. Vnde candens ferrum splen-didum propter receptum ignem. ET IS: talis & ita calidus ut non solum tepefaciat:sed etiã necat. QVO-rum neutrum:illustrare atq; cõburere nisi esset igneus hoc autem negatur ut dixi. OCEANI humoribus: & ideo poetæ finxerunt Iouis cæterorumq; deorum Sympoſia apud oceanum: quæ opinio exploditur a philosopho etiã metheoris. VSVS:necessitas uitæ de-gendæ ut frigus pellatur & cibi coquantur. CONFE-ctor:resolutor uastator trucidator. CONSVMPtor: uorator. QVOCVNq; inuasit:penetrauit impetuq; liberum fecit. CONTVRBAT:confundit uastat fri-git & dispergit. CORPOREVS:existens in corpori-bus animantium quibus dat uitam salutem alimentũ. augumentum conseruationem. & sensuum iudicium. VTRI:cui ex his duobus. IS QuOq;:sol tanq̃ cau-sa uniuersa ipsius generationis & uitæ. PVBESCant: germinent fructusq; ad maturitatem perducant. SI-MILIS sit:eadem habeat uim & qualitatem. ANI-mantem:habere animam quam esse igneam stoici opi-nati sunt respicientes ad uim caloris & ignis. ABsur-dum:inconueniens uerba Aristotelis in secundo de cæ-lo hæc sunt. Dicamus ergo ꝙ oportet nos intelligere corpora nobilia esse uiua:& habere actiõem animalẽ. quum enim nos itellexerimus ea huius dispositionis tunc motus eorum non inueniuntur ociosi. APtissi-ma quoniam est ignea in cuius ui & qualitate consi-stit uita. TEnuissimus:subtilissimus ac per hoc mobi-lissimus. AGItatur:mouetur. VIget:uigorem habet & uitã. ACERrimo:acutissimo. IN deorum nume-ro.i.habere naturam diuinam. DVcenda:habenda & existimanda quod probat stoicus similitudine illorũ: ingeniorum quæ in puro & tenui aere gignunt. PV-rus:simplex purgatus & defecatus. CRAsso:impuro CAElo:aere. CONcreto: denso caliginoso: & sine tenuitate. AD aciem:ad acumen ingenii & rationis. ORDO:distinctio:& ordinatus progressus. Est aũt ordo collocatio rerum aptis & accommodatis locis. CONstantia:status tenor nunq̃ uacillans nunq̃ : nari-ans. RAtione:arte & scientia. NVmero: concentu quodam & suo ordine. Vnde dicimus neruos moueri ad numerum.i.consonantiam quandam. CONsilio mente atq; prudentia. TEMEtarium: fatuum stultũ. VArium:inconstans.& fluctuans. FORtuitum:in-ordinatum:& sine certa causa. NEq; naturam:stoli-ditatem quandam:& insensibilitatẽ qualis est in bru-ta natura quæ sursum mouetur cum sit leuis ut aer & ignis:& deorsum fertur sua grauitate ut aqua & terra: & omnia ex his composita.quæ secundum naturam moueri dicitur. Corpora autẽ cælestia circulariter mo-uentur:& quintam quandam & suam habent uim. Constat inquit philosopus.ii. physicorum naturam principium esse quoddam & causam ut id moueatur atq; quiescat in quo primo per se.& non per accidens inest. Naturam habet quæcunq; talia principia sortita sunt. Subiectum.n.quoddam & in subiecto est semp natura. Secundum uero naturam sunt & hæc ipsa:& ea quæ hisce per se competunt ut igni ferri sursum. hoc enim na-tura quidem non est neq; habet naturam. Sed est secundum naturam. diximus quid sit natura.& quid illud quod se-cundum naturam est.

candor illustrior est q̃ ullus ignis:quippe qui immẽ-so mundo tam longe lateq; colluceat:& is eius tact' est non ut tepefaciat solum:sed etiam sæpe combu-rat:quorum neutrum faceret nisi esset igneus. Ergo inquit quum sol igneus sit:oceaniq; alatur humori-bus:quia nullus ignis sine pastu aliquo possit per-manere:necesse est aut ei similis sit igni:quem adhi-bemus ad usum atq; ad uictum:aut ei qui corpori-bus animantium continetur. Atq; hic noster ignis quẽ usus uitæ requirit confector est & consumptor idemq; quocunq; inuasit cuncta conturbat ac dissi-pat. Contra ille corporeus uitalis & salutaris omnia conseruat:alit:auget:sustinet:sensuq; afficit. Negat er-go esse dubium horum ignium sol utri similis sit: quum is quoq; efficiat ut omnia floreant & in suo quæq; genere pubescant. Quare quum solis ignis similis eorum igniũ sit qui sunt in corporibus ani-mantium:solem quoq; animantem esse oportet:& quidem reliqua astra: quæ oriantur in ardore cælesti: qui æther uel cælum nominatur. Quum igitur alio-rum animantium ortus in terra sit: aliorum ĩ aqua: in aere aliorum:absurdum esse Aristoteli uidetur in ea parte quæ sit ad gignenda animãtia aptissima ani-mal gigni nullum putare. Sydera autem æthereum locum obtinent:qui quoniã tenuissimus sit & sem-per agitatur & uiget:necesse est q̃d animal in eo gi-gnatur idemq; sensu acerrimo & mobilitate celerri-ma esse. Quare quum in æthere astra gignantur cõ-sentaneum est:in his sensum inesse & intelligentiã: ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducẽ-da. Etenim licet uidere acutiora ingenia & ad intelli-gendum aptiora eorum qui terras incolant eas:in q̃-bus aer sit purus ac tenuis: q̃ illorum qui utantur crasso cælo atq; concreto. Quinetiã cibo quo uta-re interesse aliquid ad mentis aciem putant. Proba-bile est igitur præstantem intelligentiam in syderi-bus esse: quæ & ætheream partem mundi incolant: & marinis terreisq; humoribus longo interuallo ex-tenuatis alantur. Sensum autem astrorum atq; intel-ligentiam maxime declarat ordo eorum atque con-stantia. Nihil est enim quod ratione & numero mo-ueri possit sine consilio:in quo nihil est temerariũ: nihil uarium:nihil fortuitum. Ordo autem syderum & in oĩ æternitate constantia:neq; naturã significat:

Est enim

EST ENIM:ratio quare non significat neq; ostendit se habere uim naturalem:quoniam natura bruta est & constantia siderum est plena rationis consilii & ordinis neq; signat fortunam quæ uaria inconstans:& mutabilis. SVA sponte:uoluntate consilio. & ui quadã diuina moueantur. CENsuit:putauit iudicauit scribens de motu cæli & mũdo. NAtura:motu naturali sine sensu aliquo & cognitione. AVT ui.i.impetu quodam uiolento atq; extrinseco. VOluntate:consilio rõne sponte sua nullo cogente aut impellente. VI maiore:conatu ualidiore ipsis astris qui esse nullo modo põt. Q VE.n.quasi dicat nulla uis esse potest quæ astra cogat ad talẽ motum. REstat:superest a sufficienti enumeratione partiũ ut sua uoluntate moueantẽ quæ cũ ita sint nefarie sentit q deos esse negat: aut si esse cõcedit oi actione ac procuratione eos priuat ut Epicurus,nã esse nõ uidetẽ qui nihil agit. frustra etenim est illa uis & facultas quæ nunq̃ ad actus deducitẽ is nanq; dẽ ẽẽ ac sapere q aliis ꝓdest:& se utitur. SANE restat absoluit Balbus primam partem propositæ quæstionis & transit ad secundam in qua de deorum qualitate agitur. IN quo.i.in tali consideratione & perscrutatione qualitatis & naturæ. A CONsuetudine oculorum:ab eo quod consueuimus cernere in humanis corporibus quorũ formam & lineamenta delyrantes Epicurei diis imortalibus ascribebant aciem acumen ingenii & itellectus. ABducere:remouere separare:atq; de diis statuere ut rõ exposcit & non sensus. EA difficultas abducendi scilicet mentẽ ab usu oculorũ. VVLgo:passim:Vbiq; ac undiq;.i.uulgus imperitum atq; ꝓfanum qd' iudicio sensuũ utitur ad aliquid statuendũ & decernendũ. SImiles imperitorũ.i.eodem iudicio utentes ut fuit Epicurus & eius familia. CONstitutis: positis & assignatis.ita.n.dicebant deum intelligi nõ posse nisi in humana forma,ut in superiori uolumine disputatum est. LEuitas:uanitas:inscitia:insania:futilisq; assertio. SED cum talẽ:ponit cõem prænotionem:& anticipationẽ quæ habetur de ui & natura deorum. TAlem:talis qualitatis & naturæ. PRAEsentiamus: anticipemus:& prænoscamus mõstrãte natura ipsa & docente deũ esse aiantem & ꝓstantissimũ:quæ duæ res nulli naturæ uerius accõmodari possunt q̃ mundo.de cuius excellentia dictũ est ergo mundus iure dẽ aians: & de⁹ cũ præstantissimã habeat naturã quã diuinã cognoscimus. ACcõmodem: aptẽ apponã adiungã. HIC in hac parte atq; opinione. Q VAM uolet:quantum cupit ludat Epicurus & rideat q̃uis ad iocandum sit ineptissimus:& inepte simul indocteq; loquatẽ homo natus athenis ubi erat emporiũ eruditionis eloquẽtiæ:ac salis.i.excultæ urbanitatis & leporis. QVAlis:cuius conditionis & status cũ celerrimo motu iugiter torqueatur etenim Epicurei quietum & uoluptatibus affluentem ponebant deum ut iam patuit. IPSE probat:asserit tanq̃ uerum & cõmuni consensu confirmatum esse deos quoniam necesse esse aliquam præstantem naturam quæ omnia infra se posita longe superet:sitq; optima quod mundo conuenit primas & inchoatas complexo naturas. EX HIS: ex effectis q causam ostẽdunt efficientem:nam actus ut inquit philosophus formam arguit. NOLI præteferre:manifestare tuis uerbis atq; ostendere audientibus Epicureorum ignorantiam. Q VAM sphæram:globosam figuram atq; rotundam.

(est.n.plena rõnis)neq; fortuna:quæ amica uarietati cõstantiã respuit.Sequitẽ ergo ut ipsa sua spõte suo sensu ac diuinitate moueatẽ. Nec uero Aristoteles ñ laudãdus i eo q oia quæ mouentẽ aut natura moueri cẽsuit:aut ui:aut uolũtate:q̃ aũt natura mouerentẽ: hæc aut põdere deorsum aut leuitate i sublime ferri: quorũ neutrũ astris cõtigeret:ꝓpterea q eorũ motus in orbẽ circũferretẽ.Nec uero dici põt ui q̃dã maiore fieri:ut cõtra naturã astra moueatẽ. Q uæ.n.põt maior esse? Restat igitẽ ut motus astrorũ sit uoluntarius: quæ q uideat nõ indocte solũ:uerũ ẽt impie faciat si deos esse neget.Nec sane multũ interest utrũ id neget:an eos oi ꝓcuratione atq; actiõe priuet. Mihi.n. q nihil agit esse oĩno non uidetẽ.Esse igitẽ deos ita ꝑspicuũ est,ut id q neget uix eũ sanæ mẽtis existimem. Sane restat:ut q̃lis eorũ natura sit cõsideremus:i quo nihil est difficilius q̃ a cõsuetudine oculorũ aciẽ mentis abducere:ea difficultas iduxit & uulgo impitos & similes philosophos impitorũ ut nisi figuris hominũ cõstitutis nihil possent de diis imortalibus cogitare.Cuius opinionis leuitas cõfutata a Cota nõ desyderat orationẽ meã.Sed quũ talẽ esse deũ certa notione ai ꝑsentiamus:primũ ut sit animãs:deinde ut i oi natura nihil eo sit ꝑstãtius:ad hanc ꝑsensioẽ notionemq; nram nihil uideo qd' potius accõmodẽ:q̃ ut primũ hunc ipsũ mũdũ:quo nihil fieri excellẽtius põt:aiãtẽ esse & deũ iudicẽ.Hic q̃ uolet Epicur⁹ iocetẽ homo nõ aptissimus ad iocãdũ:minimeq; respiciẽs patriã:& dicat se nõ posse intelligere q̃lis sit uolubilis & rotũdus de⁹:tñ ex hoc qd ẽt ipse ꝓbat nunq̃ me mouebit.Placet enim illi esse deos:quia necesse sit præstãtẽ esse aliquam naturam:qua nihil sit melius:mundo autẽ certe nihil est melius.Nec dubium quin quod animans sit:habeatq; sensum rationem: & mentem id sit melius q̃ id quod his careat. Ita efficitur animantem sensus mentis rationis mundum esse compotem:qua ratione deum esse mundum concluditur. Sed hæc paulopost facilius cognoscentur ex his rebus ipsis quas mundus efficit. Interea Vellei noli quæso præteferre uos plane expertes esse doctrinæ. Conum tibi ais & cylindrum & Pyramidem pulchriorem quam sphæram uideri

nouum etiam oculorum iudiciũ habetis. Sed sint ista pulchriora duntaxat aspectu: quod mihi tamen ipsum non uidetur. Quid enim pulchrius ea figura quæ sola omnes alias figuras complexa continet quæq; nihil asperitatis habere: nihil offensionis potest: nihil incisum angulis: nihil anfractibus: nihil eminens: nihil lacunosum: quumq; duæ formæ præstantes sint ex solidis globus (sic enim spheram interpretari placet) ex planis autẽ circulus aut orbis: qui cyclus græce dicitur: his duabus formis contingit solis ut omnes earum partes sint inter se simillimæ: a medioq; tantum absit extremum: quantum idem a summo: quo nihil fieri potest aptius. Sed si hoc non uidetis: quia nunq̃ eruditum illum puluerem attigistis. Anne hoc physici quidem intelligere potuistis hãc æqualitatem motus constantiamq; ordinum in alia figura non potuisse seruari: Itaq; nihil potest esse indoctius q̃ quod a uobis affirmari solet. Nec.n.bune ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis. Nam posse fieri ut sit alia figura inumerabiles quæ mundos. alios aliarum esse formarum: quæ si bis bina quid essent didicisset Epicurus certe non diceret. Sed dum palato quid sit optimum iudicat

NOVVM: alienum ab aliis & inauditum. DVMtaxat: solum uisu. ASperitatis: quoniam talis figura est lenis & undiq; æquabilis: eius etenim ambitus & circumferentia undiq; tantundem distat a centro idest puncto. OFFENsionis obstaculi impedimenti: globus quippe nullum habet offendiculum sed omnia conueniunt ad unguem omnisq; abest mora & offensio. INcisum: sectum atq; diuisum in angulos rectos acutos aut obtusos. ANfractibus: flexibus uarietatibus & ambagibus. Vnde anfractus dicuntur siluarum & fluminum. Am. præpositio. f. uel. c. uel. q. sequentibus mutat. m. in. n. ut anfractus ancisus anquirens. EMInens: extans atq; exuberans. LAcunosum: cauum descendens lacunasq; faciens & pressas foueas. EX solidis: corpulentis omne solidum corpus trina dimensione perficitur: idest longitudine latitudie & profunditate: & nullum est corpus quod quarta dimensione distendatur. Aristoteles in primo de cælo dicit corpus est diuisibile secundum omnis mensuras. Linea unã habet dimensionem: superficies duas: corpus tres omnia. n. sunt tria & diuisa in tres mensuras & similiter inquiũt Pythagorici qꝛ causæ & res terminantur tribus mensuris fine medio & principio. & hic numerus rerũ demonstrat trinitatem: & non inuenimus istum numerũ nisi ex natura: & sustinemus ipsum quasi legem nobis & secundum istum numerum tenemur magnificare deum creatorem remotũ a modis creaturarũ. PRAEstantes: excellentes & superãtes sua perfectione omnis alias figuras. GLObus: globosa figura & undiq; rotunda græce dicitur sphæra & sphæterizo uerbum.

EXplanis: habentibus duas dimensiones: idest lineã & superficiem: & dicitur plana ad solidæ differentiam: quæ trina dimensione distenditur & sterea dicit a græcis. Euclides ita finit: circulus est figura plana in cuius medio est punctum a quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. EXtremum: ipsa circũferentia quæ peripheria dicitur a græcis. IDEM: medium quod centrum & punctum. A SVMmo: extremo: & ultimo ambitu & amplexu. APtius: coniunctius & perfectius. HOC: nihil scilicet aptius tali figura. ERVditum puluerẽ. idest geometricas in puluere descriptiones & ratiões quas Epicurei contempnebãt Idem Cicero in. ii. de finibus sic taxat Epicurum. ne illud quidem physici credere aliquid esse minimum qd profecto nunquã putauisset si a Polieno familiari suo geometriam discere maluisset q̃ illam etiam ipsum dedocere. PHYSICI: naturæ iterpræetes quæ est principium motus atq; quietis: quasi dicat facile erat hoc intelligere his qui physicen profitentur & uarios corporum motus ignorare non debent si iure nomen retinere uoluerint. AEQVAlitatem: paritatem: conuenientiam & temperamentum.

CONstantiam: perseuerantiam & ratum tenorem ordinati motus & conuersionis. BIS BINA quid essent: idest si principiis arithmeticis & geometricis fuisset imbutus. & uim numerorum atq; figurarum tenuisset: & eorum corporum quæ naturalia & solida: nec non eorum quæ mathematica dicũtur. Geometræ inquit Macrobius alia sibi corpora proponunt quæ appellant Mathematica cogitationi tantum subiicienda non sensui. Dicũt enim punctum corpus esse indiuiduum in quo nec longitudo neq; latitudo neq; altitudo depræhendatur: quippe quod in nullas partes diuidi possit hoc protractum efficit lineam: idest corpus unius dimensionis. Longum est enim sine lato: & duobus punctis ex utraq; parte solam longitudinem terminantibus continetur: hanc lineam si geminaueris alterum mathematicum corpus efficies quod duabus dimensionibus extruatur longo latoq;: sed alto: caret & hoc est quod apud illos superficies uocatur: punctis autem quatuor continetur: idest per singulas lineas binis si uero hæ duæ lineæ fuerint duplicatæ ut subiectis duabus duæ superponantur adiicietur profunditas: & hinc solidum corpus efficitur quod sine dubio octo angulis continebitur: quod uidemus in tessera quæ græco nomine cubus uocatur his geometricis rationibus applicatur natura numerorũ & reliqua. PAlato gustatu in cuius uoluptate summum bonũ statuit Epicur᷒.

cæli palatiū ut ait Aennius nō suspexit. Nam qnum duo sint genera syderum: quoꝝ alteꝝ spaciis imutabilibus ab orto ad occasum cōmeans nullū unq̄ cursus sui uestigium inflectat. Alterum autem cōtinuas conuersiones duas hisdem spaciis cursibusq; confectet. Ex utraq; re & mundi uolubilitas (quæ nisi in globosa forma esse non posset) & stellarum rotūdi ambitus cognoscuntur: primusq; sol qui astrorum optinet principatum ita mouet᷑: ut quū terras larga luce compleuerit: easdem modo his modo illis partibus opacet. Ipsa enim umbra terræ soli efficiēs noctem efficit. Nocturnorū aūt spaciorum eadem est æqualitas quæ diurnorum. Eiusdēq; solis tum accessus modici: tum recessus: & frigoris & caloris modū temperant. Circuitus enim solis orbium .v. defectibus & .lx. & .ccc. quarta fere diei parte addita conuersionem cōficiunt annuam. Inflectens autē sol cursum tum ad septētriones: tum ad meridiē æstates & hyemes efficit: & ea duo tempora: quoꝝ alteꝝ hyemi senescenti adiunctū est: alterum æstati. Ita ex quattuor temporꝝ mutationibus oīum quæ terra mariq; gignunt᷑: initia causæq; ducuntur. Iam solis annuos cursus spatiis menstruis luna cōsequit᷑ cuius tenuissimum lumen facit ꝓximus accessus ad solē: digressus autem logissimus quisq; plenissimum. Neq; solum eius species ac forma mutatur tū crescendo: tū defectibus in initia recurrendo: sed etiā regio: q̄ tum est aqlonalis: tū australis. In lunæ quoq; cursu est & brumæ q̄dā & solstitii similitudo: multaq; ab ea manant & fluunt: q̄bus & animātes alant᷑: augescātq; & pubescant maturitatēq; assequant᷑: quæ oriuntur ex terra. Maxime uero admirabiles sunt motus earum quinq; stellarum: quæ falso uocantur errantes. Nihil enim errat: quod in omni æternitate conseruat progressus & regressus reliquosq; motus cōstantes &

CAELI palatium: supbam regiam: etiam magnificentissimū domiciliū. NAM cum duo sint: probat per motū facilesq; cōuersiones rotūditatē cæli corporūq; cælestium .i. stellarum illi affixarum: & planetarum .i. errantium. SPAtiis: distantiis atq; niis. COMmeans: cum ipso cælo tendens & currens. VESTIgium: orbitam: & cursum: INFLEctat: obliquet: qm̄ recta meat ab ortu ad occasum. CONtinuas conuersiones duas: unam .s. naturalem & suā ab occasu ad ortum per obliquum circulū zodiachum a græcis dictum. alteram uero uiolentam ab ortu in occasum. trahit᷑ etenim ui ac motu primi mobilis: unde Seneca dicit ut sidera contrarium mundo iter intendunt: & ipse sol apud Ouidiū. contrarius euehor orbi. Plinius agēs de obliquitate signiferi & natura errantium siderum dicit. Omnium errantium siderum meatus. interq; ea solis & lunæ contrarium mūdo agere cursum. idest læuium: illo semper in dextram præcipiti: & quāuis assidua conuersione inmensæ celeritatis attollantur ab eo rapianturq; in occasum: aduerso tamē ire motu: ac per suos quæq; passus ita ferri ne conuolutus aer eandē in partem æterni mūdi uertigine ignauo globo torpeat: sed findatur aduerso siderum uerbere discret᷒ & digestus. CONFEctet: simul frequentet per signiferum. SPAtiis: uiis per latitudinem signiferi. EXVTRAq; re: duplici & continua conuersione. VOLVBilitas celeritas & conuersio. GLObosa: rotunda. ROTVNDI ambitus: globosæ circularesq; naturæ celeritati aptissimæ. ITA: sic & tali motu uiaq; per obliquum signiferū a capricorno ad cancrum. COMPLEuerit: illustrauerit. OPAcet: obscuret sua absentia. OFFIciens: obstās & se interponēs facit noctem modo in hoc hemisphærio: modo in alio. SPACIOrum: iteruallorum & cursuum. AEQVALItas: paritas & tēperatura. MODIci: modum seruantes & mensuram quoniam sensim accedit & discedit: idest ascendit ad solistitium æstiuum & descendit ad brumā. TEMPErant: modoficāt & disponūt. MODVM: mensuram mediocritatem atq; temperamentum ut natura rerum cui sol inseruit moderatas temporꝝ mutationes ferre possit: repentinas etenim & extremas commutationes natura nō tolerat: iccirco hyemē uer excipit. hanc æstas: illā autūnus: hūc hyems: quoniam ab extremo ad extremū sine medio nō itur. CIRCVItus solis: lustrationes & ambitus signiferi per dies .ccc.lxv. & sex horis quæ quarto quoq; anno diē intercalarem efficiunt. ordo est circuitus solis cōficiunt annuam conuersionem. DEFEctibus: terminationibus: & desinentiis: ut illud Martialis. Ultima pars aulæ deficientis erat. ORbium: circulorum .i. dierum noctiumq;. QVARTA parte: sex horis perfectum qp pe diem quatuor et .xx. efficiunt horæ. INFLEctens: obliquās ꝑflexuosū signiferꝝ mō ad cācrū mō ad capricornum. DVO tempora .i. uer & autūnum. SENEscenti: languidæ: cōtractæ: deficienti. DVCVNtur: originātur. Cursus etenim talis est causa generationis: corruptionisq;: nec non augumenti: pubertatis & maturitatis eorum quæ in his inferioribus gignunt᷑. SPAtiis: interuallis & cursibus menstruis. TENVISsimū: minimū. SPEcies: figura. FORma: facies. REgio: unde Plinius agens de luna dicit. Iam uero humilis & excelsa: & ne id quidem uno modo: sed alias admota cælo: alias contigua montibus nunc in aquilonem elata: nūc in austros deiecta. BRVmæ: hyemis. SOLstitii: æstatis: ponit effectus lunæ solaribus similes. MANANT: scatēt: & originantur tanq̄ a causa talium cōmodoꝝ effectrice. ALANtur: uegetentur: crescantq;. PVBEscant: germinent: floreant: & frondescant. MATVRItatem: ultimam perfectionem assequantur. MAXIME uero: iam agēr de quinq; reliquis planetis: quæ stellæ errantes dicuntur a nostris. FALSO: perperam: & non uere: quoniam nullæ stellæ minus errant. Errare quippe est uagari & uiam ignorare. CONSTANtes: perseuerantes.

RATOS:firmos. INSIstunt imortantur. EX di/
sparibus:dissimilibus conuersionibus. Astronomi an/
num mundi appellarũt qui ut supputat Macrobius e
quindecim annorum milibus constat. Sic enim scribit
enarrans Scipionis somnium. Mundani anni finis est
cum stellæ omnes:omniaq; sydera a certo loco ad eun
dem locum ita remeauerint ut ne una quidem stella in
alio loco sit q̃ in quo fuit cũ oẽs aliæ ex eo loco motæ
sunt ad quem reuersæ anno suo finem dedere ita ut lu
mina quoq; cum eraticis quinq; in hisdẽ locis & par
tibus sint in quibus incipiente mũdano anno fuerũt:
hoc autem ut physici uolunt post annorum.xv.milia
per acta contingunt. Mundanus dicitur hic annus:q a
mundus proprie cælum uocatur. COMPARAtio/
nem:proportionem situs:& localem similitudinem:
græce analogia dicitur paritas uidelicet rationis:quali
tatisq; respectus. SPAtiis:interuallis & cursibus.
Q VAM:quãtum. Q VAEstio:dubitatio. CER
tam:ueram. DEFINItam:determinatã suo numero.
NAM ea probat necessitatem & certitudinem huius
definitæ conuersionis. PHAEnon.i.faciens & pbens
lumen:phæno & phænome græce:luceo & appareo
latine. PHAEton:splendidus:& accensus.componi
tur & enim a luce:& uro:unde phæthõ dipyros apud
Martialẽ quasi bis ustus:& ignitus. ORBEM:signi
ferum. PYROIS:igneæ:& ardẽtis naturæ. LVstrat:
circuitambit. STILbon.i.radians & micans. VER/
tente:currẽte. ANTEVERtens:pueniens. HANC
igitur constantiam:concludit ex his quæ dicta sunt eu/
rantia sidera mente:ratione:atq; consilio esse prædito.
CONVEnientiam:concordiam nunq̃ uacillantem:
nunquã discrepantem. Q VAE:mentem:rationem:
atq; consilium. NEC uero:eandem diuinitatem cælo
affixis stellis attribuit stoicus. INERRANtes:stabi/
les:& fixæ. CONVEniens:concors. CONstans per
seuerans. AETHEreos:uuctos æthere.i. igni:siue cæ/
lo:est enim æther siue cælum supremum elementum
infra lunam. EA:talis qualitas ut tãtos stellarum glo/
bos continere possit:est quippe æther leuis & rarus.
Vi:robore:ac impetu. CONTORqueat:simul ra/
piat & circunducat. TENVIS:subtilis:transparens.
AEQ VABILI:temperato. SVAM sphæram:pro
prium globum qui octauus dicit̃. SECREtam:sepa/
ratam atq; diuisam. LIBERAM.solutam a cæteris:&
expedita.

ratos. Q uod eo est admirabilius in his stellis: quas
errãtes dicimus:quia tũ occultant̃:tũ rursus aperiun
tur:tũ abeunt:tũ recedũt:tũ antecedũt:tum aũt subse
quunt̃:tũ celerius mouent̃:tũ tardius:tum oĩno ne
mouent̃ qdem:sed ad quoddam tp̃s isistũt:quarũ
ex disparibus motionibus magnum annum mathe
matici noĩauerunt:qui tum efficitur:quũ solis & lu/
næ & quinq; errãtium ad eãdẽ iter se cõparationem
cõfectis oĩum spatiis est facta cõuersio. Q uæ q̃ lon
ga sit magna q̃stio est:esse uero certã & definitã ne/
cesse est. Nã ea q̃ Saturni stella dr̃: phænonq; a græ/
cis nominat̃:q̃ a terra abest plurimũ.xxx.fere annis
cursum suũ cõficit:in quo cursu multa mirabilr̃ effi
ciens:tum antecedẽdo:tũ retardãdo:tũ uespertinis tẽ
poribus delitescẽdo:tũ matutinis rursum se aperien
do:nihil ĩmutat sempiternis sæculoꝶ ætatibus:quin
eadem hisdẽ tp̃ibus efficiat. Infra aũt hãc ꝓpius a ter
ra Iouis stella fert̃ quæ phaeton dr̃:eaq; eũdem.xii.
signorũ orbem annis.xii. cõficit:easdẽq; quas Satur
ni stella efficit in cursu uarietates. Huic aũt ꝓximum
inferiorẽ orbẽ tenet pyrois:q̃ stella Martis appellat̃:
eaq;.iiii.&.xx. mẽsibus.vi.ut opinor diebus minus
eũdem lustrat orbẽ:quẽ duæ supiores. Infra hãc autẽ
stella Mercurii est:ea stilbon appellat̃ a græcis:quæ
anno fere uertente signi ferum lustrat orbem:neq; a
sole longius unq̃ unius signi interuallo discedit:tũ
anteuertens:tum subsequẽs. Infima est quoq; erran/
tium terræq; proxima stella Veneris:quæ phospho
ros græce:lucifer latine dr̃:quũ antegredit̃ solẽ:quũ
subsequit̃ aũt hesperos. Ea anno cursuq; cõficit:& la/
titudinẽ lustrãs signiferi orbis & lõgitudine:q̃d idẽ
faciunt stellæ supiores:neq; unq̃ a sole duoꝶ signo/
rum iteruallo longius discedit tũ antecedẽs tũ subse
quens. Hãc igit̃ in stellis cõstãtiam:hãc tãtaq; tam ua
riis cursibus in omni æternitate cõueniẽtiam tẽpoꝶ
nõ possum itelligere sine mẽte:rõne:cõsilio. Q uæ
quũ syderibus iesse uideamus nõ possumus ea nõ
in deorum numero reponere. Nec uero hæ stellæ q̃
inerrantes uocantur nõ significãt eandẽ mentẽ atq;
prudẽtiam:quaꝶ est quotidiana cõueniens cõstãsq;
conuersio. Nec habẽt æthereos cursus neq; cælo ĩhe
rentes:ut pleriq; dicunt physicæ rõnis ignari. Nõ est
enim ætheris ea natura:ut ui sua stellas complexa cõ
torqueat. Nã tenuis ac plucẽs & æquabili calore suf
fusus æther non satis ad stellas continendas uidetur
Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab
ætherea coniunctione secretam & liberã. Eaꝶ autem

Perennes

PERENNES:indeficientes. VIM diuinam:naturam & qualitatem quæ in uoluntario ac perpetuo motu ostendit
maxime. SENsurus:cogniturus:& intellecturus. FORtuna:in certus euentus:& casus:& cõfusio sine ordine ut de/
lyranti Epicuro placuit. TEMEritas:imprudentia:uiolentia:furor. ERRAtio:incerta uagatio:& cecus cursus. VA/
nitas:leuitas:inconstantia:& uariatio. ORDO:recta dispositio:& motus nõ fortuitus. VERItas:certitudo citra erro
rem. Errare enim est uera ignorare. RAtio:cõsilium & prudentia:sine temeritate. CONstantia:ratus tenor & pseue/
rans citra leuitatem. Vide:Ciceronis elegantem oppositionem uocabulorum. VAcant:uacua sunt & cassa. HIS:or/
dine:ueritate:ratione constantia. EMENtita: incerta:
uaga:errantia. VEL falsa:ueritatis & ordinis experta:
quæ in aere mouentur & fluctuant ut faces:uenti:plu/
uiæ:niues:grandines:& cætera id genus. A PRINci
pe autore atq; duce Citieo Zenone. DVxero:origina
uero a definitione naturæ sm Zenonem stoicæ sectæ:
atq; familiæ ducem. ARTIficiosum peritum & inge
niosum. PROgredientem:procedẽtem. VIA:ratio/
ne modo:pondere:atq; mensura. CENset:putat & iu
dicat:cum omnis ars naturam quoad fieri potest imi/
tetur.ergo id multo facilius efficit natura quod man⁹
artificum elaborant nouas formas rebus a natura ꝑpa
ratus inducentes. CREARE:efficere. GIHNEre:pa
rere nouam figuram:rerumq; faciem. MAGIstrũ:do
ctorem & præceptorem:nã igni artium omnium in/
strumenta parãtur:& ideo artifex dicitur Vulcanus:&
obstetricis officio fungi:aperiens etenim ut est in fabu/
lis ictu securis Ioui caput:Mineruam & quidem arm
iam eduxit:ut in superiori uolumine dictũ est. HAC
ratione:pari uia & modo. OMNIS natura: ois pars
rerum creantium & gignẽtium aliquid in suo genere.
VIAM:rationẽ modũ:sententiam:& proprietatẽ. SE/
ctam:disciplinam formulam:dogma:decretũ:atq; pro
positum. Secta dicitur familia physica:disciplina:imita
tio:& sequela:& sectatores imitatores:atq; sequces. CO/
ercet:cõstringit. SED plane:omnino. CONsultrix:
pꝛouisatrix. PROuida:effectrix & gubernatrix om
nium utilitatum & cõmoditatum humanarũ. SVIS:
propriis & simile sibi in specie quippiam generãtib⁹:
CONtinent:sustentant se atq; suos conseruant mot⁹.
NATVRA mũdi:mens & deus. VOluntarios:spõ
taneos:quia summa uis cogi non põt:igitur ex se mo/
uetur:sua q; sponte ac natura. COnatus:motus:& im
petus ad aliquid creandum gignendum & conseruan
dum:Hormao græce impetum facio & conatum lati/
ne.i.appeto:& moueror:& horme appetitio. ET his:
appetitionibus. CONsentaneas:conuenientes:& de
centes. ANImis:animi & rationis iudicio. ET SEN/
sibus:iudicio sensuum quia ratione diriguntur:ut ho
nestus sit mot⁹ & appetitio moderata & decẽs. PRO
noea:dicitur quasi prænotio quædam: & præcogni/
tio. OCCVpata.i.curam suam ponit. APTIS sim⁹:
ualde idoneus per illam formam quæ pulcherrima est
& perfectissima. PROpe modũ:ferme. NEC cessan/
tium.i.non ociosorum ut noluit Epicurus. OPEro/
so:difficili. NON enim ponit qualitatem cælestium
corporum ex quinta quadam natura constantium:ut
Aristoteli uisum ẽ. ACRES:acutos & tenues. CON
cretos:densos & crassos ut humanis corporib⁹ accidit
quæ mõ acutis morbis:modo grauibus infestantur.

pennes cursus atq; perpetui cum admirabili incredi
biliq; constãtia declarant in his uim & mẽtẽ eẽ diui/
nam.ut hæc ipsa qui nõ sentiat deoꝝ uim hr̃e,is ni/
hil oĩno sensurus esse uideat̃. Nulla igit̃ in cælo nec
fortuna:nec temeritas:nec erratio:nec uanitas inest.
Cõtraq; omnis ordo:ueritas:ratio:cõstãtia. Quæq;
his uacãt ementita uel falsa plenaq; errons eunt or/
cum terras infra lunam:quæ oium ultima est:in ter/
risq; uersant̃. Cælestem ergo admirabilem ordinẽ i/
credibilemq; cõstãtiã:ex qua cõseruatio & salus oĩuz
ois oritur. qui uacare mẽte putat ipse mẽtis exps ha/
bendus est. Haud ergo ut opinor erranero si a prĩci
pe inuestigandæ ueritatis huius disputationis princi
pium duxero. Zeno igit̃ naturam sic definit: ut eaz
dicat esse ignem artificiosum ad gignẽdum progre
dientem uia. Censet enim artis maxime propriũ eẽ
creare & gignere:quodq; in operibus artium nr̃arũ
manus eff ciat:id multo artificiosius naturam effice
re.i.ut dixi ignem artificiosum magistrũ artium reli/
quarum. Atq; hac qdẽ rõne ois natura artificiosa est:
quod hẽt quasi uiam quã dã & sectã quã sequat̃. Ip
sius uero mũdi qui oĩa cõplexu suo coercet & cõti/
net natura nõ artificiosa solum:sed plane artifex ab
eodẽ zenone dr̃, cõsultrix & ꝓuida utilitatũ oportu/
nitatũq; oĩuz. Atq; ut cæteræ naturæ suis sæminibus
quæq; gignunt̃:augescunt:cõtinent:sic natura mũ/
di oẽs motus hẽt uolũtarios:conatusq; & appetitio
nes quas hormas græci uocant:& his consentaneas
actiões sic adhibet:ut nosmet ipsi:q ais mouemur &
sensib⁹. Talis igit̃ mẽs mũdi quũ sit, ob eãq; cãz uel
prudẽtia:uel ꝓuidẽtia appellari recte possit:græce.n.
ꝓnoea dr̃:hæc potissimũ ꝓuidet & in his maxime est
occupata. Primum ut mundus q̃ aptissimus sit ad
permanendum:deinde ut nulla re egeat:maxime au
tem ut in eo eximia pulchritudo sitatq; omnis or/
natus. Dictum est de uniuerso mundo:dictum etiã
est de syderibus:ut iaz prope modũ appareat multi
tudo nec cessantium deoꝝ:nec ea quæ agãt molien
tium cum labore operoso ac molesto. Non eni ue/
nis & neruis & ossibus cõtinent̃:nec escis nec potio
nibus uescunt̃:ut aut nimis acres aut minus concre
tos humores colligãt. Nec his corporib⁹ sunt ut aut

EXcubarent: pernoctarent. INstaret: imineret: futurus esset. PHErecydes: Syrius fuit natus uidelicet in syra insula una e cycladibus. Pherecydes babius inquit Suidas syrius: est autem insula una cycladum syra prope delon. PHYSIcus: naturæ indagator atq; interpræs. IVGI puteo: peremni semperq; scatenti. Iuges aquæ dicuntur inquit Pompeius perpetuo fluentes. INSTARe: iminere impendere. NEC uero: ponit nunc proprietatem naturalis diuinationis: qua somniantes utuntur aut uates. NATVraliter: naturali impulsu atq; instinctu citra artem aliquam qua fieri haruspices: aut astronomi futura prædicunt. SOlutus: liber ab omni contagione corporis. VACVus: ociosus nec occupatus cæteris curis ad uitam degendam pertinentibus. PLAne: omnino ac penitus. Nihil sit: nil habeat cõe cum corpore: nilq; cogitet qd ad corpus pertinet: sed per se uigeat propriaq; fruat natura quæ diuina est.

Altera diuinatio est naturalis: ut ante dixi: quæ physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum: a qua ut doctissimis sapientissimisq; placuit: haustos animos & libatos habemus. Quumque omnia completa & referta sint æterno sensu & mente diuina: necesse est cognatione diuinorum animorum animos humanos commoueri. Sed uigilantes animi uitæ necessitatibus seruiunt: disiunguntq; se a societate diuina uinclis corporis impediti: Rarum est quoddam genus eorum qui se a corpore auocent: & ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studioq; rapiantur. Horum sunt auguria non diuini impetus: sed rationis humanæ. Nam & natura futura præsentiunt: ut aquarum fluxiones: ut deflagrationem futuram aliquando cæli atq; terrarum. Alii autem in r. p. exercitati: ut de atheniensi Solone accepimus orientem tyrannidem multo ante prospiciunt: quos prudentes possumus dicere: idest prouidentes: diuinos nullo modo possumus: non plus quam milesium Thalem: qui ut obiurgatores suos conuinceret: ostenderetq; etiam philosophum si ei cõmodum esset pecuniam facere posse: omnem oleã anteq̃ florere cœpisset in agro milesio coemisse dicit. Animaduertit fortasse quadam scia olearũ ubertatẽ fore. Et qdẽ idẽ prim⁹ defectionẽ solis quæ Astyage regnãte facta ẽ: p dixisse fert. Multa medici multa gubernatores agricolæ ẽt multa p̃sentiunt: s; n̄l lã cor̃ diuĩatioñe uoco: ne illã qdẽ: q̃ ab Anaximãdro physico mõiti lacedẽonii sũt: ut urbẽ & tecta linq̃rẽt: armatiq; i agro excubarẽt: q terræmot⁹ instaret: tũ quũ & urbs tota corruit: & ex monte taygeto extrẽa mõtis q̃si puppis auulsa ẽ. Ne pherecides qdẽ ille pythagore magister poti⁹ diuin⁹ habebit̃ q̃ Physic⁹: q cũ uidisset haustã aq̃ de iugi puteo terræmot⁹ dixit istare. Nec uero unq̃ aĩus hoĩs naturalr̃ diuĩat: nisi quũ ita solut⁹ ẽ & uacu⁹: ut ei plãe nihil sit cũ corpe. Q d aut

Vatibus

uatibus cõtingit: aut dormientibus. Itaq; ea duo genera a Dicæarcho probãtur: & ut dixi a Cratippo nostro: si propterea quod ea proficiscũtur a natura sint sũma sane modo ne sola. Sin autem nihil esse in obseruatione putant: multa tollunt qbus uitæ ratio continetur. Sed quoniam dant aliquid: idq; non paruũ uationãtiones cum somniis: nihil est quod cum his magnopere pugnemus: præsertim quũ sint q omnino nullam diuinatiõem probent. Ergo & hi quorum animi spretis corporibus euolant atq; excurrunt foras ardore aliquo inflãmati atq; incitati cernunt illa profecto: quæ uaticinantes pnunciant: multisq; rebus inflamantur tales animi: qui corporibus non inhærent: ut hi qui sono quodam uocũ & phrygiis cantibus incitãtur multos nemora siluæq;: multos amnes aut maria cõmouent: quorum furibũda mens uidet ante multo quæ sunt futura. Quod de genere illa sunt: e heu uidete iudicauit inclytum iudicum inter deas tris aliquis: quo iudicio lacedemonia mulier furiarum una aduenict. Eodem enim modo multa a naticinantibus sepe prædicta sunt: neq; solũ uerbis sed etiam uersibus: quos olim fauni uatesq; canebant. Similiter Martius & Publicius uates cecinisse dicuntur quo ex genere Apollinis operta prolata sunt. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum: qbus inflatæ mentes oracula funderent. Atq; hæc quidem uatum ratio est: nec dissimilis sane somniorum. Nam quæ uigilantibus accidunt uatibus: eadem nobis dormientibus. Viget enim animus insõnis: liberq; sensibus ab omni impeditione curarum iacẽte & pene mortuo corpore: qui quia uixit ab oĩ æternitate uersatusq; ẽ cum ĩnumerabilibus animis: omnia quæ in natura rerũ sunt uidet: si modo tẽperatis escis modicisq; potiõibus ita est affectus: ut sopito corpore ipse uigilet hæc somniantis est diuinatio

VATIBVS: futura diuino impulsu & afflatu prædicentibus. PRObantur: tenent tanq̃ uera dicæarchus fuit siculus Aristotelis auditor ut scribit Suidas. NOstro: familiaritate nobis iuncto. SI propterea: inquit stoicus si hæc duo genera: ideo probantur quia naturalia sunt. esto primum habeant locum dũmodo cætera quæ arte constant non excludantur. SINT sũma: maxima genera diuinandi. SAne: certe profecto. MODO ne sola: cæteris repudiatis quæ nomi uita cõmunis: & usus comprobauit. SIN autem: idest si omnino tollunt e medio artificiosas diuinationes q̃s longa obseruatio rerum & euentuum peperit confundunt uitam humanam & in ambiguum redigunt quæ talibus obseruantibus regitur. IN obseruatione: idest nullam esse ueritatem in diuinatione quam uocant artificiosã. RAtio uitæ: ars: modusq; uiuẽdi: quem diuturna obseruatio stabiliuit. DANT aliquid: concedunt aliquã esse diuinationem uaticinantium scilicet & somniantium. CVM his: cratippo: & Dicæarcho. CVM sint: aliqui philosophi reperiantur ut Epicurei negantes penitus ullam esse diuinationem. EVOlant: exeunt cõmentando & libere contemplando amotis corporeis obstaculis. ARdore: idest ardenti cupidine ueri uidendi & dispiciendi: nec non excessu quodam mentis: & inspiratione diuina hi uaticinantes dicuntur: & præsagi. PRAEnuntiant: futura prædicunt. INflãmantur accenduntur & cõmouentur non una re sed multis. NON inherent: idest qui uagantur & excurrunt. INcitantur: aguntur in furorem quendam & mentis alienationẽ. PHRYgiis: cybeleis. Henstathius Libyci Dionysii interpræs dicit. Arrianus autor est phrygas esse dinissimos: antiquissimosq; omnium hominum: & furibundos propter cybelen: fiunt enim chorybantes cum furore agitantur: & clamant saliuntq; futura prædicentes. COMmouent: incitant ad furorem. FVRIBVNDA: commota: & inflãmata. E HEV: uaticinium Cassandræ furentis: carmen est tragici poetæ uaticinantem puellam inducentis. INter: deas tris: Palladẽ. Iunonem: & Venerem cui aureum pomum addixit Paris in ida phrygia pastor. MVlier: Laconica Helena tantorum malorum causa. VERsibus: carminibus: quæ pedibus constarent & numeris: quod erat mirum in natura rudi ac simplici: quapropter diuina suberat uis: fauni & uates dicti sunt a fando & uaticinando. CEcinisse: uersibus enunciasse futura: sic etiam fuerunt respõsa apollinis q̃uis phoebades essent omnino rudes. Martius & publicius Romani fuerunt. QuO genere: metrica oratione ac numeris. OPERta: arcana oraculis apollineis referata. CREdo etiam: ponit aliam rationem & causam naturalis diuinationis. ANHElitus: spiritus & afflatus. ORAcula: prædictiones rerum futurarum. est autem oraculum sententia diuina ore humano enunciata. RAtio: causa quare uates futura enũcient. NEC dissimilis: ẽ scilicet ratio & causa somniorum: habet enim & ipsa originem a natura: uates uigilando præsagiunt. Idem efficiunt dormientes docente natura & instigante. NAM quæ accidunt: idest uigores animorum: & liberi motus cum e corporibus excurrunt: & aliqua re obiecta incitantur. VIGET: uigorem habet cum nõ distrahatur sensibus: uisu scilicet auditu: gustu: odoratu: & tactu icirco somnus dicitur obligatio sensuum. QVI: animus opinio priscorum fuit & maxime Platonis tot animas fuisse creatas ab initio quot stellæ sunt ad quod respiciens Virgilius cecinit in georgicis. Nec morti esse locum: sed uiua uolare Sideris in numerum atq; alto succedere cælo. quam hallucinationem confutauit Aristoteles: & ueritas christiani dogmatis damnat imprimis. INNVmerabilibus: infinitis. IN natura: in secretis rerum naturalium. AFFEctus: dispositus ut uere dicatur uigilare cum corpus dormit. HAEC talis naturæ talemq; habet rationem & causam.

HIC:in hac parte loco(que) est utraq(ue) diuinatio inquit Quītus & ars inuenta interpraetandi oracula caeteraq(ue) diuinationum genera frustra siquidem data esset diuinatio si modus & uia intelligendi & interpraetandi non haberetur. Hoc munere functus est Antiphon atheniensis cuius & Luciāus meminit agens de portis somniorum. & ianitore atq(ue) ed/ tuo. INterpraetatio:ratio & ars interpraetandi quae usa sunt. NEq(ue) ea naturalis:non naturae proprietate atq(ue) instin/ ctu. SED artificiosa:arte comparata:& usu effecta. EOdemq(ue) modo:similiter interpraetatio uaticiniorum. EXplanatores:interpraetes & enarratores talium quēadmodum grāmatici sunt explanatore. poetarum. AD uenas:meatus & fluxus uenae quadam similitudine dicuntur subterranei meatus per quos metalla fluunt ut sanguis p ue/ nas corporis:& spiritus per arterias. CVLTus: tractationes & concinnationes ad optimum saporē. CONditiones:uias & modos condiendi addito sale caeterisq(ue) condimentis:condire est saporem rebus comparare ac bene disponere. MAteria:omne id quod naturae sollertia praeparauit artibus ut nouas inducant formas Artifex etenim materiem sibi nō potest gignere:sed generatam a natura effingit. CONfectionis: elaborationis & conformationis. FAbricam:artificium. QuOmodo autem. Ambigitur inquit Quintus quomodo uideri possint ea quae nondum sunt:sed hoc erit manifestum si quaedam ante declarētur. & teneant. SED explorata:idest quaesita & cognita. ANte quaeri:uestigari & disseri. HAEC:qua uia scilicet uideantur ea q̄ nondum subsistunt:sed latent in suis causis. CON/ tinet:comprahendit:& sustinet. EA ratio:cognitio & scientia. OBtinemus:conseruamus tuemur: atq(ue) de/ fendimus. STAbit:firmum erit & clarum. HVNC locum:hanc quae est in manibus quaestionem de diuinatione:nec non rationem quare uideri possint futura ESSE deos:nam Lucilius balbus ex stoicorum sen/ tentia probat esse deos in secundo de natura deorū ut dictum est:eorum qualitas aperit:prouidentiaq(ue) eorū ad ministrari mundū humanisq(ue) rebus consuli tandem concluditur. SI tenemus:sentimus atq(ue) defendimus. Conuelli:cōmoueri & labefactari cū firmissima sint & uerissima. Necesse est:q̄m nisi id facerent hominib(us) nō cōsulerēt. QuOmodo:q̄ uia & rōne significet:nō n. indifferēter agit:sed ut diuinae libuerit pudētiae. FISsis:rimis & diuisionib(us) in iecor apparētib(us) aut singulis uocib(us) auiū:sed qbusdā ut caelit(us) disponit. DEcorum: cōueniēs diuinae maiestati. NEC fieri pōt:hāc sniam demiror i stoico ph̄o p(ro)uocae oia tribuēti: q̄pp accipio indecorū eē diisq(ue) indignū reb(us) minimis ītēresse: fieri āt nō posse ut intersit pētius aberro:sed forte mēdosus ē codex:& hoc insertū est critici cuiusdā iudicio qd̄ saepius aberrat q̄ collimet. VT certis:qbusdā definitis uenis. & p(ro)uisis. CERta:q̄dā definita: & significantia. PRAEcurrerēt:p(er)uenirēt antecederēt in oi mēbro naturae ac diuinatiōis gn̄e. EX tis:itestinis atq(ue) uiscenbus. OSTENtis:p(ro)digiis & mōstris. VIsis: imaginib(us) & phantasmatibus. VOcib(us):enuntiationibus uaticinantium p furorē. EA:signa. BEne:recte:ac uere. PERcepta:cognita & intellecta. NON sepe:idest raro aberrant a ueritate quam signa praecurrunt. MALE con/ iecta:prauo coniectu intellecta: iudicataq(ue). INTER/ praetata:explanata declarata perperam. VITIO : cul/ pa quoniam uerae sunt:sed male intelliguntur. CON tinentem:gubernantem:& conseruantem. QVA ratione:ua modo causa. SVSPIcari: opinari.

hic magna quaedam exoritur neq(ue) ea naturalis:sed artificiosa somniorum Antiphonis interpraetatio:eo/ demq(ue) modo & oraculorum & uaticinationum:sūt enim explanatores:ut grammatici poetarum. Nam ut aurum & argentum aes ferrum frustra natura di/ uina genuisset:nisi eadem docuisset quemadmo/ dum ad eorum uenas perueniretur Nec fruges ter/ rae:bacasue arborum cum utilitate ulla generi humano dedisset:nisi earum cultus & conditiones tradi/ disset:materia quid deinde iuuaret nisi confectionis eius fabricam haberemus: sic cum omni utilitate quam dii hominibus dederunt ars aliqua coniun/ cta est:per quam illa utilitas percipi possit. Item igi/ tur somniis:uaticinatōibus oraculis: q(uod) erant multa obscura multa ambigua explicatiōes adhibitae sunt interpraetum. Quomodo autem aut uates aut somniantes ea uideant quae nusquam etiam tunc sint: magna quaestio est: sed explorata si sint ea:quae ante quaeri debeant:sint haec quae quaerimus faciliora. Continet enim totam hanc quaestionem ea ratio: quae est de natura deorum: quae a te secundo libro est explicata dilucide:quam si obtinemus:stabit illud quod hunc locum continet: de quo agimus esse deos: & eorum prouidentia mundum administra/ ri:eosdēq(ue) consulere rebus humanis:nec solum uni/ uersis:uerumetiā singulis. Haec si tenemus q̄ mihi qdem non uidentur posse conuelli:profecto hominibus a diis futura significari necesse est. Sed distin/ guendum uidetur quonam modo. Nam non pla/ cet stoicis singulis iecorum fissis:aut auiū cantibus interesse deum:neq(ue) enim decorum est: nec diis di/ gnum:nec fieri ullo pacto potest:sed ita a principio inchoatum esse mundū:ut certis rebus certa signa praecurrerent: Alia in extis:alia in auibus:alia in fulgoribus:alia in ostentis:alia i stellis:alia in somniantium uisis:alia in furentium uocibus:ea quibus bene per/ cepta sunt:hi non sepe fallunt. Male coniecta:maleq(ue) interpraetata falsa sunt:non rerum uitio:sed interpraetum inscientia. Hoc autē posito atq(ue) concesso esse quandam uim diuinā hominum uitam continentē nō difficile est: quae fieri certe uidemus:ea qua rōne fiāt suspicari. Nā & ad hostiā deligendā pōt dux esse

Vis sentiens

uis quædam sentiens: quæ est toto confusa mundo: & tum quum imolare uelis extorum fieri mutatio potest: ut aut absit aliquid aut supersit. Paruis.n. momentis multa natura aut affingit: aut mutat: aut detrahit: qd ne dubitare possimus: maximo est argumēto: quod paulo ante interitū Cæsaris cōtigit: q quuz imolaret illo die quo primū in sella aurea sedit: & cū purpurea ueste ꝓcessit: in extis bouis optimi cor nō fuit. Nū igitur censes ullum animal quod sanguinez habeat: sine corde esse posse? Qua ille rei nouitate perculsus: quū spurinna diceret timendū esse ne cōsilium & uita deficeret: earum enī reꝫ utraq; a corde ꝓficisci: postero die caput in iecore non fuit: quæ q̄dem illi portēdebantur a diis īmortalibus: ut uideret interitum non ut caueret. Quū igitur hæ partes i extis nō reperiuntur: sine qbus uictima illa uiuere nequisset: ītelligendū est in ipso īmolationis tempore eas partes quæ absint interisse. Eadēq; efficit in auibus diuina mens ut cū huc tunc illuc uolēt alites: tū in hac tū in illa parte se occultent: tum a dextra tum a sinistra parte canant oscines. Nam si omne animal ut uult ita utitur motu sui corporis prono: obliquo: supino: mēbraq; quo uult flectit: contorquet porrigit: cōtrahit: eaq; ante efficit pene q̄ cogitat: quāto id deo est facilius: cuius numini parent oia: idemq; mittit & signa nobis eius generis: qualia permulta historia tradidit: quale scriptum illud uidemus: si lūa paulo ante solis ortum defecisset in signo leonis: fore ut armis Darius & Persæ ab Alexandro: & Macedonibus prælio uincerētur: Dariusq; moreretur. Et si puella nata biceps esset: seditionē in populo fore: corruptelam & adulteriū domi. Et si mulier leonē peperisse uisa esset: fore ut ab exteris gentibus uinceretur illa res.p. in qua id contigisset. Eiusdē generis ēt illud est: quod scribit Herodotus Crœsi filium quum esset infans locutū: quo ostēto regnum patris & domuz funditus cōcidisse: Caput arsisse Seruio Tullio dormienti: q̄ historia non ꝓdidit? Vt igitur qui se tradet ita qeti præparato aīo cū bonis cogitatiōibus ad tranquillitatē accōmodatis certa & uera cernit in somnis sic castus aīus purusq; uigilantis & ad astroruz & ad auium reliquorumq; signorum: & ad extorum ueritatem est paratior. Hoc nimirum est illud quod de Socrate accepimus: quodque ab ipso in libris socraticorum sepe dicitur esse diuinum quiddam: quod dæmonion appellat: cui semper ipse paruerit: nunq̄ impellenti: sepe reuocanti. Et socrates quidem quo quē

VIS SENTIENS: idest diuina quædam intelligentia qua duce ac instigatrice uictima eligitur ad sacra.

QVAE: uis sentiens quā mundi animam stoici opinati sunt. CONfusa: mixta magno corpori eiusq; mēbris. SVpersit: redundet. MOmentis: punctis temporum. Momētum est mutatio pene indiuisibilis. AFfingit: addit. ARgumento signo: & ꝓbationi. OPTimi: obesi. NVM censes: impossibile inquit est tale animal esse sine corde. Aristoteles agēs de partibus animalium dicit. Cor igitur omnibus sanguine præditis est. Sanguis enim necessario inest his quæ sanguinea sunt qui cum humidus sit conceptaculum habeat necesse est: ideoq; uenas natura finxit quarum unum esse principium necesse est. Vbicunq;.n. fieri pōt unū esse q̄ plura melius est cor aūt uenarum principiū est. PERculsus: cōmotus conterritus. CONsiliū: ratio: cuius sedē in corde posuit Aristoteles: Plato autē i cerebro: cor inquit philosophus sanguinolentū: est motus etiā lætitiæ ac tristitiæ denique oium sensuum hinc oriri uidentur. Quod principiū sit naturæ eorum quæ sanguinē habent argumentū uel unde deduci potest q nullum animal sanguinis compos careat corde: principium.n. sanguinis habeant necesse est. CApud: summ' pars iecoris.

VT uideret: futura prænosceret. OSCInes: aues ore augurium facientes. NAM si omne animal: similitudine ōndit hoc esse diuinæ menti factu facillimū. PROno: decliui ceruuo. OBliquo: flexo. PORrigit: extendit. NVmini potentiæ uoluntati imperio. CVM esset infans: idest mutus fariq; nequiret erat crœso inquit herodotus filius habilis cætera: sed mutus: quod uitiū ut emēdaret delphos etiā miserat. Pythia sic respondit Lyde gēus Rex multorū ualde isciæ crœse. Ne cura grati exoptatā audisse loquentis. Intra ædes uocem sine q̄ potior tibi longe. Illa die qū primum īfelice loquetur. Captis mœnibus quidam perses i crœsum sibi ignotū ut occisurus uadebat. Mutus ut aspexit timens patri in hanc erupit uoceꝫ. Homo ne perimas crœsum. QuE historia. q. d. omnia litterarum monimenta tum latinarum tum græcarum id testant': eo tempore inquit Liuius in regia prodigium uisum. Puero dormienti cui seruio Tullio nomen fuit caput arsisse ferunt multorum in conspectu. CAstus: imaculatus. PVrus: sincerus citraq; uitium. VEritatem: ueram significationem: & intelligentiam: & sic affert fidem utriusq; diuinationis.

IMpellenti: hortanti ad aliquid agendum. Dæmones græce dicuntur latine lares domorum tutores: & hominum in Timæo sic scribit. Idem Cicero. Dæmonas appellant græci: nostri ut opinor: lares si modo hoc recte conuersum uideri potest.

AVTOREM: doctorem ac ducem. REferendum:
consilium ab eo petendum quem ut uaticinii & sapiē/
tiæ numen græcia ueneratur. ADductum: attractum.
PRAEsagitione: præsentione: ac uaticinatione. DE/
lium: oppidum fuit ac templuȝ apollinis in boetia qd'
e delo profecti condiderunt. Liuius agens de bello ma/
cedonico: sic scribit Templum est apollinis delium im
minens mari ubi & fano lucoq; ea religione & eo iure
quo sancta sunt templa Asyla græci appellant. CON
iecta: explanata & interpretata. AEQVISsimo: pa/
catissimo: & tranquillissimo. Socrates apud Platonem
in apologia sic loquitur: Diuina quædam uox mihi
adest quæ agere quippiā aliquando prohibet ad agen
dum uero prouocat nunq̄ uos iudices bene de morte
sperare debetis: idq; unum cogitate uerum esse: uiro ui/
delicet bono nil mali accidere posse neq; uiuenti neq;
uita defuncto: mihi laboribus morte liberari bonū est:
& ideo diuinum illud signū mihi non obstitit. SVG
gestum: pulpitum. ARte: ratione ac formulis. CON
iectura: opinabili iudicio quod signis nititur coniectu
ralis est mædicina: iquit Celsus: ratioq; coniecturæ ta/
lis est ut cum sæpius responderit aliquando tamē fal/
lat. PRO certo: uero: & fixo. IPsum: signum aut illi
oppositum. PRAEsensa: præcognita & enūtiata pri/
usq̄ fierent. DIuine: idest diuinitus: & non alia ui q̄ di
uinatione. VT cadat: eueniat. CAsu aut fortuito: idest
excluso casu qui naturam sequitur: & fortuna quæ mē
tem: cum accidens causa sit in utroq; ut in physicis ape
rit philosophus. ESSE diuinationem: peritiam & ar
tem diuinandi cuius causa est deus inquit & fatum: &
natura. VIS: potestas: & efficacia. RAtio: causa: mo/
dus: & uia. REpetenda: requirēda ab his tribus. FA
to: necessitate quadam fatali causarum inquit. Idem Ci
cero in topicis: genera sunt duo unum quod ui sua id
quod sub ea subiectum est certe efficit ut ignis accēdit.
Alterum sine quo effici quid non possit ut si quis æs
causam statuæ uelit dicere eius generis causarum sine
quo non efficitur alia sunt quieta nihil agentia stolida
quodammodo ut locus tēpus materies ferramenta. Alia
autem præcursionem quandam adhibent ad efficien/
dum & quædam afferunt per se adiumēta: & si nō ne
cessaria ut amori congressio causam attulerit: amor fla/
gitio ex hoc genere causarum ex æternitate pendentiuȝ
a stoicis fatum nectitur: hæc Cicero. Chrysippus quar/
to de prouidentia dicit hemarmenen: idest fatum esse
naturalem quendam ordinem omnium rerū ex æter/
no. RAtio: uis ipsa causarum: & rerum quædam im/
plexa series & cathēa: ut placuit stoicis. HEmarmene:
dicitur quoniam omnia genita ordine quodam com/
præhenduntur. Marpto græce compræhendo latine.
SEriem: contextum quendam. FLVens: emanans in
omne tempus talis præcedētium causarū uerus effect⁹.
FVErit futurum: pendens uidelicet a causis in quib⁹:
latebat. NAtura: rerum uis: & proprietas. SVpersti/
tiose: curiose nimis & anxie. PHYsice: secundum na/
turæ rationem causas rerum continentis.

Causa

autorem meliorem quærimus: Xenophonti consu
lenti: sequeretur ne Epicuruȝ: postea q̄ exposuit: quæ
sibi uidebantur: & nostrum quideȝ inquit humanū
est consilium: sed de rebus & obscuris & incertis ad
Apollinem censeo referendū: ad quē etiam Atheni/
enses publice de maioribus rebus semp. rettulerūt.
Scriptū est item quū Critonis sui familiaris oculum
alligatum uidisset: quæsiuisse quid esset. Quum aūt
ille respondisset in agro ambulanti ramulum addu/
ctum ut remissus esse in oculū suum recidisset: tū So
crates. Nō enim paruisti mihi reuocāti: quū uterer q̄
soleo p̄sagitiōe diuina. Idē ēt Socrates quū apud de
lium male pugnatum esse lachete pretore fugeretq;
cū ipso lachete ut uentū est in triuiū eadē q̄ cæteri fu/
gere noluit: qbus quærētibus cur non eadem uia p/
geret: deterreri adeo dixit. Tū qdem iiq alia uia fuge
rāt: in hostiū equitatū inciderunt: Per multa coniecta
sunt ab Antipatro: quæ mirabiliter a Socrate diuina/
ta sunt: q̄ prætermittā: tibi. n. nota sunt: mihi ad cōme
morandū nō necessaria. Illud tn̄ eius philosophi ma-
gnificum ac pene diuinū: q̄ cū impiis sententiis dā
natus eēt: æquissimo animo duxit mori. Neq; enim
domo egredienti: neq; illud suggestum in quo cau/
sam dixerat ascendenti signū sibi ullū qd' consuesset
adeo quasi mali alicuius īpendentis datū. Equidē sic
arbitror ēt si multa fallāt eos qui aut arte aut cōiectu
ra diuinare uideant': eē tn̄ diuinationē: hoīes aūt ut
in cæteris artibus sic in hac posse falli. Pōt aūt accide
re ut aliqd signū dubie datū: p certo sit acceptū: pōt
aliqd' latuisse: aut ipsum: aut quod esset illi cōtrariuȝ.
Mihi aūt ad hoc de quo disputo pbandū satis est nō
modo plura: sed ēt pauciora diuine p̄sensa: & p̄dicta
reperiri. Quin ēt hoc nō dubitās dixeri: si unum ali
qd ita sit prædictū præsensumq;: ut quū euenerit: ita
cadat ut p̄dictū sit: neq; in eo qcq̄ casu & fortuitu fa/
ctū eē appareat: esse certe diuinationē: idq; esset om/
nibus cōfitēdum. Quo circa primū mihi uidet' ut
Possidonius facit adeo de quo satis dictū est: deide a
fato deīde a natura uis omnis diuinādi ratioq; repe/
tēda est. Fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri: fatū
aūt id appello: qd' græci hemarmenē idest ordinē se/
riemq; causaȝ: quum causa causam ex se gignat: ea ē
ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. Qd'
quū ita sit: nihil est factū quod nō futurum fuerit: eo
demq; modo nihil est futurū: cuius nō causas id ipsū
efficiētes natura cōtineat. Ex quo intelligit' ut fatum
sit non id quod superstitiose: sed id qd' physice dicit'

Causa

CAVSA:rõ & principiũ efficiendi uim hñs. INstant:pſentia sunt. NOtari:signari & aiaduerti:cõſciq. PLErũq: sæpius:qm nõ semp ipſa signa rñdent:& cõiectura. Sig dait Celsus nix in millesimo corpe aliqñ decipit:id notã nõ habet. Medicina est cõiecturalis:neq; rñdet ei plerũq; nõ solũ cõiectura:sed etiã experientia:& iterdum nõ febris:nõ cibus non somnus subsequit͛ sicut assueuit. ID:qd͛.s.semp cõseqnat͛. VErisimiles:hñtes aliquã similitudinem ueri:& non certitudinẽ. Est enim cõiecturalis ars diuinatio. PER furorem:afflatum diuinũ & mẽtis alienationẽ per quãdam extasim diuinitus accidẽtem. Q VIEte:somno & sic ponit utrũq; mẽbrum naturalis diuinationis. ALIO loco.i.libello quẽ de fato cõposuit Ci. Cuius pars extat lacera:& mẽdosa:ut i ea usus pene nullus sit. COLligationẽ:cõnexionẽ ac seriẽ ad ꝓducẽdos effect͛. TEneat:hẽat:cognoscat itelligat. Hoi:hũanæ cognitõi q̃ ad pſpiciẽdas cãs indiuina maiestate atq; inscrutabili cõsilio latentes: SIgnis.i.notis quas causæ ostẽdũt. CONsequentia: euentura. NON existũt:nõ apparẽt:seq; ostendũt:sed latẽt in suis causis. SED est:similitudine nautici funis & piscatorii:qui explicat͛:& cõplicatur ostendit naturã tpis fluentis & redeuntis. Vñ dixit Virg. In se per sua uestigia uoluit͛ annus qui ob id ꝯnautos nocat͛ a græcis. EXplicatio:euolutio. TRAductio:traiectio & cursus. NIhil noui.qm eedẽ causæ eosdẽ effect͛ aliꝯ ꝓduxerũt:& sic sub sole nouũ est nihil. REplicãtis:iterũ inuoluentis:ut fiant inuolucra tẽpoꝝ:earũdẽq; causarũ necnõ euentoꝝ suo tpe:ac loco. Q VOD:quã rẽ.i. explicationẽ:& replicationẽ per eadem uestigia rerum causas & notas. NAturalis:per furorẽ:& qetẽ. NOtatus:signatus & obseruatus lõgo usu quo ars efficiẽ. CAVsas:rõnes:& uim efficientẽ.uident tñ notas reꝝ cõsequẽtiũ. Fatũ dicebat Chrysipp͛ autore gellio ẽ sempiterna qdã et ĩdeclinabilis series reꝝ et cathena uoluẽs sese & iplicãs p æternos cõsequẽtiæ ordines e qb͛ apta:cõnexaq; est. EX monimẽtis:obseruationib͛ & hystoriis. SIgnoꝝ cælestiũ quæ astronomi notantes astronomiam effecerũt. NON est mirũ:occurrit obiectiõi:docetq; ea eẽ in suis causis q̃ nõdũ extant aut apparẽt. NVSq̃ sint:nõdum appareant. SVNT oia:hñt eẽ in propriis causis. TEMpore spatio tpis & conditione: oia siqdem suo tpe ac loco apparent & traiectio tpis explicat cũcta & implicat. VIS:causa efficiẽs & ꝓcreans. CONcitata:diuinitus cõmota & ĩspirata. SOluta:libera corpore sopi:colligatisq; sensibus:& hæc est furẽtium diuinatio & somniantium. AVT rõ.i.ars usu effecta:est siqdem hæc artificiosa diuinatio. CONiectura:notatio signorum:& opinabile iudiciũ. EVENtorum:effectuum. CONsequentia ꝑtractata:diligenter obseruata ea quæ tales notas & signa seq solẽt. DIVturnitate:longo usu:& experientia:tractare est frequenter tãgere. ꝑtractata dicunt͛ exacte ac studiose iacta:nĩ͛a: & cognita. NOtauere:obseruauerunt. PLErũq; sæpius & ut plurimum. NON nunq̃:aliqñ & ĩterdum. EIVSmodi:eiusdem generis & qualitatis. DVcunt͛: originantur a fatalibus causis:in quibus latent omnia & cõseruãtur. A NAtura:a naturali ꝓprietate rerum: quarum principiũ optinet anima. RAtio:uia & modus. VIS:potestas & efficacia. SEiuncta:separata & libera per somnum quo extrinseci ligantur sensus:& anima soluit͛ quæ prius alligata erat:& occupata circa obiecta sensuum. MENte permotis:furentibus & uaticinantibus. SENtiunt:cognoscunt & intelligunt humanas cogitationes.

causa æterna rerum cur & ea quæ præterierunt facta sint:& quæ instant fiant:& quæ sequunt͛ futura sint. Ita fit ut obseruatione notari possit:quæ res quamcũq; causam plærũq; cõsequatur etiam si non semp. Nam id quidem diffiole est affirmare:easdemq; causas uerisimiles rerum futurarum cerni ab iis:qui aut per furorem eas:aut in quiete uideant. Præterea quũ fato omnia fiãt:id quod alio loco ostẽdetur:si quis mortalis possit esse qui colligationem causaꝝ oĩum perspiciat animo:nihil eum profecto fallet. Qui eñi teneat causas rerum futurarum idem necesse est omnia teneat:quæ futura sint. Quod quum facere nemo nisi deus possit:relinquendum est homini ut signis quibusdam cõsequentia declarãtibus futura ꝑsentiat. Non enim illa quæ futura sunt subito existũt: sed est quasi rudentis explicatio:sic traductio temporis nihil noui efficientis:& primum quidem replicantis. Quod͛ & hi uidẽt qbus naturalis diuinatio data est:& hi qbus cursus reꝝ obseruãdo notatus ẽ. Qui & si causas ipsas nõ cernũt:signa tñ causaꝝ & notas cernũt:ad quas adhibita memoria & diligẽtia ex monimẽtis supioꝝ efficit͛ ea diuinatio q̃ artificiosa dicitur extoꝝ:fulguꝝ:ostẽtorũ:signorũq; cælestiũ. Nõ ẽ igit͛ ut mirãdũ sit ea ꝑsentiri a diuinãtib͛:q̃ nũq̃ sint Sunt enim oĩa:sed tempore absunt. Atq; ut in sæminibus uis inest earum rerũ q̃ ex his ꝓgignũtur:sic in causis conditæ sunt res futuræ:quas esse futuras aut cõcitata mens aut soluta somno cernit:aut ratio:aut cõiectura ꝑsentit. Atq; ut hi qui solis & lunæ reliquorumq; syderum ortus:obitus:motusq; cognorunt: quo quidem tempore eorum futurũ sit multo ante prædicunt:sic qui cursum rerum euentorũq; consequentia diuturnitate pertractata notauerunt:aut semper aut si id difficile est plærumq;. Quod si ne id quidem conceditur:nõnunq̃ certe quid futurum sit itelligunt. Atq; hæc quidem & q̃daꝫ eiusmodi argumẽta:cur sit diuinatio ducunt͛ a fato:a natura autem alia q̃dam ratio est:quæ docet quãta sit animi uis seiuncta a corporis sensibus:qd͛ maxime cõtingit aut dormientibus:aut mẽte permotis. Vt eñi deorũ aĩ sine oculis sine auribus:sine lingua sentiunt inter se quid quisq; sentiat:ex quo fit ut hoĩes etiam quum tacitu

OPTENT cupiant aliquid. VOueant: pmittant numinibus si cõpotes uoti.i. desiderii fuerint. VAcant: uacui sunt
& soluti. PERmoti: furore perciti. LIberi: soluti. INcitati: cõmoti sine sensuum adminiculo: sed sua ui diuina & ps
ga. RAtionẽ naturae: modum & uiam naturalis diuinatiõis. TRAducere: trãsferre accõmodareq;. RImat: subtili
ter inqrit: & pscrutat artificiosa diuinatio quãtũ pot id qd naturalis diuinatio pcipit: haec siqdẽ ui naturae excitat ad co
gnitionẽ causarũ & euẽtorũ: illa tendit ad idẽ alia uia.i. lõga rerũ experiẽtia: & obseruatiõe signorũ q insunt ipsis rebus:
quas natura tuet & souet. haec igit diuinatio etiã a natura pficisci uidet: sed nõ ea pprietate ac facultate qua naturalis:
iõ dixit rimat id quoq; quãtum pot: & affert opionem
Possidonii .cẽsentis eẽ in ipsis naturae mẽbris rerũ futu
rarũ notas: & causas efficiẽdi uim hñtes. CEOS: ceam
insulam incolentes. est aũt haec insula pp euboeam: in
mari aegeo. ACCEpimus: intelleximus. CONiectu
ram: opinabile iudicium e tali signo & nota rei. EX
titerit apparuerit. PINgue: crassum. CONcretũ cae
lum: densum aerem & noxium. ASPIratio: afflat &
motus. GRAuis: noxia: onerosa. PVrum: defecatum
& liqdũ. INstituisset: ordinasse prudẽter & igeniose.
EXhabitu: naturali dispõne. ANAtura: ab habitu
naturali rerũ & qualitate. PROfecta: orta & origina
ta. OBseruatio: ad notatio: VSVS: expiẽtia. QuAE:
idest signa in utrãq; partẽ & futurã sterilitatẽ aut fertili
tatem. DIES: tps ipm: quo multa inueniunt addun
turq; inuentis: facile est inuentis addere inquit phũs: &
ad id tps suffragatur sic artes ad summũ creuerũt fastigiũ:
Nihil.n. humanũ inuẽtũ eẽ pot simul & pfectũ. IN
chryse i. tragoedia de chryse sminthei apollinis olim sa
cerdote. cuius meminit homerus in iliade. PHYsicus:
naturae iterpres atq; uenator q̃uis iqt ut ei uerba oñdũt
naturae eẽt ignar: ponit Ci. carmia pacuuii. ISTOS
q.i. augures. EX alieno iecore: ispectõe itestinorũ: & sic
inuit extispices & haruspices. Quã suo: pprio: & iecur
p corde ponit: quo sapia nõnulli locauerũt. Vñ corda
ti atq; excordes. AVscultãdũ: credẽdũ & obtẽperãdũ.
CENseo: iudico & statuo. CVR quaeso: uerba sunt
Q. Ciceronis. LVculẽte: clare aperte & bñ. QuVIC
quid est hoc: uerba physici agentis de mũdo siue Ioue
ex snia stoicorũ. Vñ Lucanus: Iuppiter est quodcũq; ui
des: de his dictũ est habũde ut arbitor in secũdo de na
tura deorũ. ANImat: aiam infundit quãcũq;.i. altricẽ:
motricẽ: sentientẽ: & itelligẽtẽ: hoc aũt dico nõ ut mar
sus: sed enarrator Ci. atq; pacuuii: qd ipse sentiã: quid ue
tenẽdum sit testat sum saepius. FORmat: effingit: cõ
ponit. ALIT: souet ac nutrit. AVget: negetat. CRE
at pducit. SEpelit i se cadẽtia cõdit. PAter: pcreator
& moderator. INdidẽ: silr idẽ. EAdẽ: q pri occide
rãt. DE integro: denuo & uerũ atq; uicissim. OCCI
dũt eodẽ: recidũt in idẽ. QVID ẽ igit: cõcludit Qui
tus ex uerbis pacuuii atq; snia aios posse cognoscere si
gna rerũ futurarũ & notas. VNA dom: cõe qddã do
miciliũ: qd ambit oia & amplectit. SEMp fuerit: haec
ex eorũ snia dicunt q cẽluerũt hũanos aios ab initio fu
isse creatos ad nũerũ stellarũ: sed haec opio uanissima est.
EX quoq; qcũq; re. INqt: dixit Q. Ci. TEstabor:
affirmabo: & asseuerabo: me nõ pbare hos diuios q lu
cris ihiãt: & decipe studẽt cõpẽdii grã. ordo ẽ testabor
me nõ agnoscere. SORtilegi dñr q psortes uaticiant.
HAriolant: diuinãt pp nũmos: & credulos decipiũt.
PSYchomantia: diuinatiões p aiam ab iferis euocatã:
psyche graece: aia latine. Mantiũ dr uaticiniũ & loc ubi
fit: inde psychomantium. In prima tusculana dicit: ide
ea quae meus amicus Appius psychomantia faciebat.

optent aliquid: aut uoueant: non dubitent quin dii il
lud exaudiant sic animi hoium quum aut somnoso
luti uacant corpore: aut mente permoti per se ipsi li
beri incitati mouent cernunt ea quae permixti cum
corpore animi uidere non possunt. Atq; hanc qdem
rõnem naturae difficile est fortasse traducere ad id ge
nus diuinationis: qd ex arte pfectũ dicimus: sed ta
men id quoq; rimat quãtum põt. Possidonius esse
censet in natura signa q̃dam rerum futurarũ. Vt eni
Ceos accepimus ortũ caniculae diligenter quot an
nis solere seruare cõiecturãq; capere ut scribit Pon
ticus Heraclides salubris ne an pestilens annus futu
rus sit. Nam si obscurior quasi caliginosa stella extite
rit pingue & concretum esse caelum: ut eius aspiratio
grauis: & pestilẽs futura sit. Sin illustris & perlucida
stellam apparuit: significati caelum esse tenue pu
rumq;: & propterea salubre. Democitus autem cen
set sapiẽter instituisse ueteres: ut hostiarũ imolatarũ in
spicerent exta: quorũ ex habitu atq; colore tũ salubri
tatis: tum pestilẽtiae signa percipi: nõ nunq̃ etiã quae
sit uel sterelitas agrorũ: uel fertilitas futura: quae si na
tura pfecta obseruatio atq; usus agnouit: multa affe
re potuit dies: q̃ animaduertendo notarent: ut ille pa
cuuianus qui in chryse physicus inducitur minime
naturã rerum cognosse uideatur.

Nam istis qui linguam auium intelligunt
Plusq; ex alieno iecore sapiunt quam suo
Magis audiendum quam auscultandũ censeo. Cur
quaeso quum ipse paucis interpositis uersibus di
cas satis luculente.

Quicquid est hoc omnia animat format alit
Auget: creat sepelit: recipitq; in sese omnia
Omniumq; idem est pater
In eundẽq; eadem quae oriuntur de itegro: atq; eo
dem occidunt? Quid est igitur: cur cum domus sit
omniũ una eaq; cõmunis: quumq; animi hominũ
semp fuerint futuriq; sint: cur ii qdem qd ex quoq;
eueniat: & quid quaq; rem significet perspicere non
pñt? Haec habuiq; inquit de diuinatiõe q̃ dicerẽ: Nũc
illa testabor nõ me sortilegos: neq; eos qui q̃stus cã
hariolantur: nec psychomantia: quidem quibus Ap
pius amicus tuus uti solebat agnoscere.

Non

NON hẽo deniq₃ nauci marsu₃ augurẽ: hoc ẽ carmẽ Ennii q Epi. sectat⁹ negat eẽ diuinationẽ. MARsum: e marsorũ gẽte: ĩ altero uolumie cõstitutur⁹ auguria Ca. dicit: difficilis ad cõtradicẽdũ loc⁹ Marsci fortasse sed Ro. facilim⁹. NAVci: signãt nihili: & nulli⁹ pui ide uauci facere apud Pla. nihili pẽdere. Quidã uolũt iqt Pom. sic appellan: mẽbranulã q ẽ in medio nucis. VIcanos haruspices: circũforaneos & uagos nõ cupiditate sciẽ sant pu. cõpẽdii rõe ductos: sed ꝓpri qst⁹: & uolupiatis. DE circo Astro. i. uanissimos quosdã uates & ex astris futura ꝑdicẽtes i circo: maxio cõmorãtes. Li ui⁹ nono decadis belli macedonici dicit: quotiẽs patrũ auorũq₃ ætate negociũ ẽ hoc magistratib⁹ datũ ut sacrificulos ua eiq₃ foro: circo: urbe ꝓhiberẽt: et Iuue. dicit plæbeiũ i circo positũ ẽ & i aggerẽ fatũ. ISIacos. i. isidis ægiptorũ deæ sacerdotes diuinationẽ & cõiecturã futurorũ ꝓfitẽtes. INterpr̃es: enarratores & explanatores. Sõniũ: ꝓ sõniorũ. DIuini futurorũ prti & ꝑsci. SVpstitiosi: uani & mẽdaces. HAriolũ: diuiatores ꝓbrosi & inerecũdi. INertes: uiles: ignaui: iperiti. INsani: mẽte capti: & mẽdici: quos ægestas ad has uanitates ĩpellit & ĩopias. SEmitã: angusti uiã q gradiũt sensus ẽ: q sibi ne ĩ minimis qdẽ cõsulerẽ sciũt magna & maxia cæteris pollicent. DRAchma: ẽ octaua ps unciæ: hic ꝓ nũmo nũmo ponit. DIuitiis q̃s aliis pollicẽt. DEducãt: auferãt accipiãt: & sic cauillo utit ĩ hos Enni⁹. Nõ curare: hoc ut iã dixi ẽ ex opione Epi. cẽsentis deos qdẽ eẽ: sed hũanã nõ curare. Ego ãt: ꝓbat qui⁹ eã diuiationẽ q uera sit: gratis: & simplex: citra s. malitiã oẽm. LEuitate: icõstãtia: futilitate. VAnitate: mẽdacio: & iprudẽtia. MAlitia: calliditate ac uafrãmẽto qd' inigtati ac deceptiõi sp adheret. EXclusã: liberã: & sepatã ab his uitiis q dicta sit. Probo: laudo cõfirmo: asseuero. Præclare pat⁹ ĩstruct⁹ ad disserẽdũ erudite copioseq₃: tali gñe loquutionis utit La. in prio his uerbis: sed meditat⁹ uenerat etiã paratus;

Non habeo deniq₃ nauci marsum augurem
Non uicanos haruspices: non de circo astrologos
Non isiacos cõiectores: non iterpretes somnium
Non enim sunt ii aut scientia aut arte diuini
Sed superstitiosi uates: imprudentesq₃ barioli
Aut inertes: aut insani: aut quibus egestas imperat
Qui sibi semitã nõ sapiũt: aliis monstrant uiam
Quibus diuitias pollicent' ab his drachmas
De his diuitiis sibi deducãt drachmã reddãt cætera.

Atq₃ hæc qdã Ennius: q paucis añ uersib⁹ eẽ deos cẽset. sed eos nõ curare opinat' qd agat humanũ gen⁹. Ego aũt q & curare arbitor: & monere etiã ac multa prædicere: a leuitate uanitate malitia exclusam diuinationem probo. Quæ quũ dixisset. Quintus ꝑclate tu quidem inquam paratus;

MARCI TVLII CI. DE DIVINATIONE LIBER SECVNDVS.

QVAERENTI mihi multũq₃ & diu cogitãti q̃nã repossem ꝓdesse quã plurimis: ne q̃n itermitterẽ cõsulere. r. p. nulla maior occurrebat: q̃ si optiarũ artiũ uias traderẽ meis ciuib⁹: qd' cõplurib⁹ iã libris me arbitror cõsecutũ. Nã & cohortati sum⁹ ut maxie potuimus ad philosophiæ studiũ eo libro: q ẽ iscript⁹ Hortẽsi⁹. Et qd' gen⁹ philosophandi mime arrogãs: maxieq₃ & cõstãs & elegãs arbitraremur: q̃tuor academicis libris ostẽdimus. Quũq₃ fundamẽtũ eẽt phiæ positum in finibus bonorũ & malorũ: perpurgatus est is locus a nobis qnq₃ libris: ut quid a quoq₃: & quid contra quẽq₃ philosophũ diceret' intelligi posset. Totidem subsecuti libri tusculanarũ disputationũ: res ad beate uiuẽdũ maxie necessarias aperuerũt. Primus. n. est de cõtemnenda morte. Secũdus de tolerãdo dolore. De

LIBER SECVNDVS.

QVAErẽti mihi: utraq₃ diuiatio stoicis rõnib⁹ a Q. frẽ ꝓbata ẽ & cõfirmata: sed M. Tulli⁹ Ci. academicã psonã sustinẽs carneadeo more stoicorũ argumẽta i dubiũ reuocat: oñdit q₃ ñ id dẽmõstrare qd' stoici asseuerabãt: cæterisq₃ uelut certũ & indubitatũ psuadere nitebant' ꝓponit disputatiõi ꝑfationẽ q de suo agẽs istituto legẽtium aĩos emeret': affert q₃ rões qb⁹ ad philicã scriptionẽ cõpulsus ẽ stringit q₃ i tyrãnũ cæsarẽ ancipites pugiões: & illi iã trucidato latẽter ĩsultat: nã apte ñ audebat ꝑp octauiũ & M. Antoniũ uias ad tyrãnidẽ affectãtes. MVLtum: quo ad cogitationẽ: & deliberationẽ. DIV: ad ips qd' i ipa deliberatiõe cõsũpsit. CONsulere: puidere: ꝓspicere. VIAS: rões & formulas qb⁹ ipæ artes tractãt': & exercẽt' & sic enũerat Ci. li. philosophiã latiæ explicãtes. MInime arrogãs. i. nec supbũ: nec ptinax q̃les est dogma stoicorũ põnes suas obnixe: atq₃ arrogãter tuẽtũ. Cõstãs: sibi ipi cõsentaneũ: & nõ uacillãs ut ẽ dogma Epi. sed decretũ tenẽs suũ nihil affirmat: & i utrãq₃ ptẽ disputat modestissime. ELEgans: ornatum & copiosum.

QVAtuor: tres desiderant' prim⁹ ut dixi extat dimidiatus. Cui⁹ principiũ est. In cumano nup. FVNdamẽtum: pricipiũ: qñ ex rõne ꝓpositi finis sumit' rõ: & q̃litas eorũ q ad illũ tendũt: uñ q praue cõstituit finem hũc in toto gñe uitæ hallucinari necesse est: qñ iudicio caret: duo. n. hæc in phia sunt maxima: iudiciũ ueri: & finis bonorũ: nec sapiẽs eẽ põt qui aut cognoscẽdi initium ignorauerit: aut ultimũ expetendi: ut aut unde ꝓficiscat' aut quo puenĩendum sit nesciat: hæc inquit Cicero alibi hñt dubia: nec his ita confidere ut moueri nõ possint abhorret a sapia plurimũ. FINIbus: terminis & extremitatibus. i. maximis bonis: & malis. PVRgatus: explanatus: declaratus patefactus. A quoq₃ a singulis phis sectariis: & dogmatistis: Epicureis uidelicet: stoicis: & ueteribus academicis: ut in illius operis explanatione dicet' latius. BEATE: tranqlle atq₃ feliciter a motu metu ipsius mortis: cæterisq₃ affectibus: & perturbationibus uitæ beatæ statum sollicitantibus & diuexantibus.

AEGRItudine:mœstitia orta ex opinione pſentis mali. LENIenda:mitiganda:ſedáda. REliqs:metu:ſpe:libidine. Hi enim ſunt quatuor perturbationum omnium fontes ex bonoꝝ & maloꝝ opinióe ſcatétes. SE ipſa:citra fortunæ adminiculum. EDItis:emiſſis:inuulgatis. Q VAEſtio:inqſitio:& dubitatio. SVmus ingreſſi:cœpimus. VT eſt in animo:ut nobis ꝓpoſuimus. HIS libris:philoſophicis.ſ.qm̃ diſciplina rei pu.ſumma pars eſt eius philoſophiæ quæ officia uitæ:ac modum regendi alios atq; gubernandi pſcribit:ſcripſit de re pu.Cicero in conſulatu Platonem imitat⁹. LOcus:ampla materia & multiplex. FAmilia:diſciplina. VBERrime:copioſiſſime. INteriectus:iterpoſitus. PHIloſophia:philoſophicis præceptis & iſtitutis. BOnis:iuſtis. FORTIS:grauis conſtans pfractus:qualis fuit Cato uticenſis a Cicerone laudatus eo libro qui Cato inſcriptus eſt contra quẽ duos anticatones edidit cæſar.Imitat⁹ eſt Cicero theophraſtum in calliſthene. HOrum libroꝝ:qui ſunt de philoſophia. CVMq; Ariſtoteles:imitatorem ſe profitet Cicero ſummoꝝ philoſophoꝝ etiam in arte dicendi. SVBtilitate:philoſophico acumine. TVM copia:ubertate orationis. REFErendi:ponendi & ad numerandi libris philoſophicis:cum philoſophi ꝓpriũ ſit de modo ſpeculandi:agẽdi & eloquẽdi pſcribere. TRES:in qbus a M.Antonio:& L. craſſo de mediocri oratore:ac ſummo copioſiſſime diſputat:Rhetoricorum ad Q .fratrem icirco non meminit qm̃ adoleſcenti exciderant:cum rudia quædã & inchoata continerent:rhetoricos ad herennium alibi aſſeuerauit Ciceronis non eſſe:ſed inepti cuiuſdã imitatoris. AD reliqua:quæ ſuperant enodanda:& illuſtranda in his diſciplinis. ACRI:prõpo:& ſolletti. GRAuior efficacior ad impediendũ hoc ſcribẽdi ſtudiũ. LOcum:ſniam:& partem. PAteret:explanatus eẽt & declaratus. HIS morib⁹:corruptis & deprauatis ob publicæ diſciplinæ perturbationẽ:& ſic licẽtiam ſui tẽporis notat:& uiolẽtiam cæſaris:imo corruptelã. TEMporibus:conditionibus temporꝝ:& ſoluta uiuẽdi grauitate ac formula. PROlapſa:corrupta:& diſſoluta. OPIbus auxiliis:uiribus:& conſiliis. REfrenanda:COERcenda:aſtringenda:honeſtatis uinculo:ut redeat ad officii formulam. STVdia:exercitationes philoſophicas:& cõmentationes. LATE patere:multum pdeſſe. INDVſtria:ſtudioſus labor:& philoſophica iſtitutio & exercitatio in publica adminiſtratione q̃ patet latiſſime. ACquieſcunt:delectant:nec græca in eodem genere requirunt. STVdio:cura. IN dies:quotidie magis iſtigatur. Q VOS:ætate prouectos:& legendi ſtudioſos. MAgnificum:amplum:& honeſtũ Romano nomini diſciplinis:ac linguæ. DE philoſophia:celebrata hactenus a græcis:& nullum habente latini eloquii autorem.Romæ ſiquidem ante Ciceronẽ peregrinabat:a quo romana ciuitate:ac latino iure donata eſt. Q VOD aſſequar:efficaciam:obtinebo.

ægritudine lenienda tertius.Q uartus de reliqs animi perturbationibus.Q uintus eũ locũ cõplexus ẽ: qui totam philoſophiaȝ maxime illuſtrat. docet enim ad beate uiuẽdum uirtuté ſe ipſa eẽ cõtentam.Q uibus rebus editis tres libri pfecti ſunt de natura deorum:in quibus omnis eius loci quæſtio continetur. Q uæ ut plene eſſet cumulateq; perfecta:de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere:quibus ut eſt in animo de fato ſi adiunxerimus:erit abunde ſatiſfactum toti huic quæſtioni.Atq; his libris annumerandi ſunt ſex de r.p.quos tunc ſcripſimus: quũ gubernacula rei pu.tenebamus:magnus locus philoſophiæq; ꝓprius:a Platone:Ariſtotele: Theophraſto: totaq; peripateticorum familia tractatus uberrime. Nam quid ego de cõſolatione dicam?q̃ mihi qdem ipſi ſane aliquãtulum medet:cæteris item multũ ꝓfuturam puto.Interiectus etiam eſt ouper is:quẽ ad noſtrum atticuȝ de ſenectute miſimus. Imprimiſq; qm̃ philoſophia uir bonus efficit & fortis.Cato noſter in horuȝ librorũ numero ponẽdus eſt. Q uũq; Ariſtoteles itemq; Theophraſtus excellentes uiri cũ ſubtilitate tũ copia cũ philoſophia dicẽdi etiã pcepta coniunxerint:noſtri quoq; oratorii libri in eundem librorum numerum referendi uident.Ita tres erunt de oratore:Q uartus brutus:Q uintus orator. Adhuc hæc erant:ad reliqua acri tendebamus animo ſic parati:ut niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet:nullũ philoſophiæ locum putaremus:q nõ latinis lr̃is illuſtratus pateret.Q uod:enim munus rei pu.afferre maius meliuſue poſſumus:q̃ ſi docemus atq; erudim⁹ iuuentutem?his pſertim moribus atq; temporibus: quibus ita prolapſa eſt:ut oium opibus refrenanda atq; coerceoda ſit.Nec uero id effici poſſe confido: quod ne poſtulãdum quidem eſt:ut omnes adoleſcentes:ſed ad hæc ſtudia cõuertant:pauci utinã quorum tamen in rem pu.late patere poterit iduſtria.Eqdem etiam ex his fructum capio laboris mei:qui iaȝ ætate ꝓuecti in noſtris libris acqeſcunt:quoꝝ ſtudio legendi meũ ſcribendi ſtudiũ uehemẽtius in dies icitat:quos qdẽ plures q̃rebar eẽ cognoui. Magnificũ illud etiam Romaniſq; hoibus glorioſum:ut græcis de philoſophia lr̃is nõ egeãt:qd aſſequar profecto ſi

institutã perfecero. Ac mihi qdẽ explicãdæ phiæ cãz attulit casus grauis ciuitatis: quũ in armis ciuilib⁹ nec tueri meo more rẽ pu. nec nihil agere poterã: nec qd potius qđ qdẽ me dignũ eẽt agere repiebã. Dabunt igiť ueniã mihi mei ciues: uel grãz potius hẽbũt: qđ quũ eẽt in unius ptãte resp. neq; ego me abdidi: neq; deserui: neq; afflixi: neq; ita gessi q̃si hoĩ aut tpib⁹ iratus: neq; ita porro aut adulatus: aut admiratus fortunã suz alterius: ut me mei pœniteret. Id. n. ĩpm a Platone phiaq; didicerã: naturales eẽ cõuersiões q̃sdam rerũ p. ut eæ tũ a pricipibus tenerenť: tũ a populis: aliq̃n a singulis. Q đ quũ accidisset nr̃æ rei p. tũ pristinis orbati muneribus hæc studia renouare cœpim⁹: ut & aĩus molestiis potissimũ releuareť: & pdessem⁹ ciuibus nr̃is q̃ re cũq; possemus. In libris. n. sñiam dicebamus. cõcionabamur: phiam nobis p rei pu. pcuratione substitutã putabamus. Nũc qm̃ de re p. cõsuli cepti sumus tribuẽda est opera rei p. uel oĩs potius in ea cogitatio & cura ponẽda. Tm̃ huic studio relinquẽdũ: quantũ uacabit a publico officio & munere. Sed hæc alias plurib⁹. Nũc ad ĩstitutã disputationẽ reuertamur. Nã quũ de diuinatiõe. Q. frater ea deseruisset: q̃ supiori libro scripta sunt: satisq; ambulatũ uidereť: tũ i bibliothecã: q̃ i lyceo ẽ assedimus. At ego Accurate tu qdẽ iquã Q uite: & stoice stoicoz sñiaz defendisti: quodq; me maxime delectat: plurimis nostris exẽplis usus es: & iis qdẽ claris & illustribus. Dicendum est mihi igiť ad ea quæ sunt a te dicta: sed ita

INSTItuta: ppositã mihi & inchoata absoluero. AC mihi qdem: rõnẽ hui⁹ istituti repetẽs Ci. uiolationẽ rei pu. diploratur & autori sacit inuidiã: paritq; odiũ. GRAuis casus: ruina imperii & acerbissimũ infortuniũ. IN armis ciuilib⁹: dissensionib⁹: & discordiis inter se principũ: atq; plæbis. TVEri: regere: & cõseruare ut cõsueui. NEC nil agere. i. qescere nequibã ocioq; marcescere. DIgnũ me: dignitate mea & studio qđ a turpib⁹ uoluptatib⁹ abhorret penitus: hæc cura tñ supererat meis digna lucubrationib⁹: actionib⁹ siqdẽ orbatus ad explicationẽ diuerti maximaz rerũ. & honestissimaz. HAbebũt grãm: mihi debebũt obligabũturq; qđ talia nõ omiserim: cõsuluerimq; ciuib⁹ meis quã dať. ABDIdi abscõdi timore ductus & ignauia. NEq; deserui: nõ deieci aĩum: neq; dedi me angorib⁹: sed fortis apparui ĩ aduersis: q̃ uiros explorant ut inquit syllius. AFflixi: cruciaui mœrore aut deieci. HOmini: cæsari dominanti. TEMPOribus: cõditionibus tẽporũ & pturbationibus: æquum animũ sumpsi inquit in his malis ut philosophum decebat: cuius mẽtẽ aduersa nõ deprimũt: & prospera non extollunt. IRAtus: inimicus & humanis casibus ferendis ineptus. PORro: certe. ITA: sic & taliter. ADVlatus: eblanditus. ADmirat⁹: tanq̃ rem pclaram: & ualde optandam: sensus est: cæsarea tyrannis magna mihi uisa non est: sed ĩfelix potius ut exitus docuit: & meam conditionẽ lõge duxi meliorẽ: cũ in studiis honestissimis uersarer & illustrissimis: quapp̃ mei nõ pœnitebat. i. nõ mihi displicebam. aut uilis mihi uideť: & abiectus: ita loquimur me mei penitet. i. parua mihi mea sors uideť: & conditio. Vnde Terẽtianum illud me quãtũ hic operis fiat pœnitet: nec cæsareæ fortunæ inuidebam inqt cum illo me fortunatiorẽ ducerem. FORtunam: sortem| cõditionẽ fœlicitatem: quæ magna his uidetur qui non a se ipsis pendẽt: sed a fortuna cui medium unguem ostendũt sapientes: erectoq; animo mãdant laqueum: cæsat siqdem in oppssione liberæ ciuitatis & patriæ uersabitur: ac cæde ciuium. ego autem uirtute subnixus in me bona mea omnia reponebam: & imperans affectibus: bonarumq; artium studiis incumbẽs dignitatem meam retinui & ordinem. NATVrales conuersiones: usitatas commutationes quas in octauo de re publica ponit Plato: & in sua ciuilitate Aristoteles. A PRINcipib⁹: optimatibus & nobilibus. A POpulis: & hæc popularis gubernatio appellatur. A SINgulis. i. regibus: aut tyrannis: & diciť monarchia. PRIstinis muneribus: officiis & actionibus quas publicis usibus ĩpertiebã. STVdia: philosophicas cõmẽtationes qb⁹ adolescens operã dederã: illaq; intermisi cum honoribus publicis & muneribus inseruire cœpissem: quibus ablatis pristinas exercitationes renouaui. MOlestiis: angoribus ob libertatis interitum: & patriæ calamitatem. RElenaret: recrearetur: & erigereť pene prostratus: onereq; ceterarum pressus & afflictus: ad hæc omnia remedium pollicetur philosophia. IN libris enim ponit modum quo profuit ciuibus: stante re publica ĩnquit omnis meas curas in eius honorem & decus conferebam: nunc dicẽdis in senatu sentẽtiis: consulendoq; in medium nunc reis in foro defendendis: euerso autem rei communis statu de philosophia libros composui in quib⁹ arcana quædã referans consului moribus ac ĩgeniis: & scriptio hæc philosophica fuit mihi loco publicorũ cõsiliorum: & orationum quas in senatu habui: & ĩ foro. SENtẽtiam: iudicium nostrũ a periebamus de negociis publicis. CONcionabamur: habebamus orationem senatoriam: & forensem. CVRAtione: administratione: gubernatiõeq;. SVBstitutam: subrogatam & illius loco positam: ut scilicet eam eo animo curaremus: quo prius rem publicam excolueramus: & ornaueramus. NVNC: post necem scilicet tyranni quem annos tres: & menses septem oppressa pertulit ciuitas. DE RE publica: communi negocio ciuitatis iam resipiscẽtis & ad libertatẽ aspirantis. CONSVLI cœpti sumus: rogari sñiam in senatu de publicis cõmodis. OPEra: labor & ĩdustria. HVIC studio: philosophicæ scriptioni. VAcabit: uacuum tempus erit: & publicis curis non impeditum atq; districtum. MVnere: onere atq; labore communib⁹ studiis: & potioribus debito. INSTItutam: propositam & inchoatam. LYceo gymnasio quod ad imitationẽ Aristotelicam hac appellatione honestauit Cicero. STOIce: stoico acumine ac robore. CLAris & illustribus de rebus magnis & exquisitis: & sic eos notat qui exempla parum honesta ponunt: indecora: & sordida.

NIHIL ut affirmē:ut academicū seruet decorē: & institutum. MIHI diffidens:anceps & ambiguus:is sibi diffidit q certi nil habet & explorati. DIuinarē:diuinitus ueritatē tenerē:sed diuinationē eē nego quā tu stoice assens & defendis. ET enim rōnē afferi fuæ ambiguitatis autoritate acutissimi academici subnixam:negabat siq̄dē eē diuinationem carneades:q̄m materia quā tractaret & circa quā uersaret in aliquo naturæ mēbro reperiri negret:qd' īductiue demonstrabat:discurrēs p oia q̄ suas artes hn̄t & formulas:orditurq; ab his q̄ sensib⁹ discernunt:nec nō ꝓpria sensuū obiecta dicunt:& adæquata:ut colores:sonoritates:odores:sapores:calidū:frigidū:durū:molle cæteraq; id genus. NVNquid ergo in his rebus est q. Quærit Cicero an ideo circa talia sensuum extrinsecorū obiecta dicat uersari diuinatio. q.i. quoniam talia magis animo q̄ sensibus discerni uideant: & percipi:negat hoc Cicero cū in aīo nil eē possit sine iudicio:& ꝑceptione sensuū:qui de obiectis adæquatis bene iudicāt. PROuisione:ꝓspectu oculi intrinsecis:& luminis. PROmotiōe:extēsiōe ac discursu rōnis:aio q ppe uidem⁹:oculo cernim⁹. MAgisq̄ natura.i.naturalib⁹ sensib⁹ & extriscecis. AT nescio:rñdet Cicero q̄stioni:cōcluditq; talia nō posse mente ꝑcipi & discerni:atq; diuinari citra iudiciū sensuū & ꝑceptionē. Q VI:quō:qua uia: qua ue rōne atq; indicio. CApt⁹ oculis:cæcus ut fuit tiresias theban⁹ uates. MOdos:cōcentus:modulatiōes:atq; numeros. ARte:disciplina & regula. HAruspices:extoꝝ inspectores. FIdib⁹:citharis:lyra:cæterisq; musicis istrīs. TRActationē:modū tractādi chordas:& neruias. IN lrīs:scīa lraꝝ quæ grāmatice dr̄. RAtio:natura:& respect⁹: DIsciplina:uia modus:& ars:& ponit extra ī mathematicis.i.geometria & astronomia. Q VEM quoq; stellæ:saturnus:iuppiter:mars:uen⁹:mercuri⁹:planetæ appellant a græcis:errātes a latinis:quoꝝ cursus mūdo cōtrarius ītendit:ab occidēte.s.in orientem:sic etiā solis:lunæq; motus. Vñ dicit apud Ouidiū cōtrarius euehor orbi:circūuoluunt tñ quotidie motu primi mobilis:cui⁹ incredibilis celeritas ē ab ortu ad occasum. DEscribunt:designant:& effingunt. CONsuli:interogari:cōsiliūq; ab illo peti. NEutrū:nec bonū:nec malum:sed idifferēs:stoici .n. solā uirtutē appellabāt bonū.uitiū malū: cætera uero neutra dicebāt:quoꝝ usus bon⁹ eē posset:ac malus. OFficio:actiōe honesta & decēti. VTENdū pecunia:colloc.ida.s.in his q̄ honestū afferāt lucrū:& nō turpe aut odiolum ut ē usura:& alea. HOnore:dignitate:ac magistratu. IMperio:gubernatōe exercit⁹. AD sapiētes:phōs:& ciues usu peritos:atq; prudētes. REferri:nārati ut cōsulant qd' sit agēdū sīi ꝑscribāt referre aliqd ad aliquē ē idē cōsulationē illi⁹ ponere. PHYsicis:naturæ iterptib⁹ & uenatoribus. INItia:pricipia & elemēta reꝝ naturaliū. Materia uidelicet:forma:& priuatio ut i physicis placet Ari. Democrit⁹ et post eū Epi. atomos.i.corpuscula isecabilia statuerūt pricipia. PRVdētia:cognitio & scīa. Quā nūc extra ponit i dialecticis. MENtiētē:fallacē:ea:& pperā argumētātē & cōcludētē pseudomene græce.mētiēs latie. DIssoluas:explices:eī⁹ nodos:& laqos:atq; cōfutes negādo falsas ꝓpōnes e qb⁹ talios cōcludebat. SOriti.i.aceruali argumēto. Soros græce aceru⁹ et cumul⁹ latie:uerbū soreuo: Exēplū qd' bonū id optabile:qd' optabile id expetēdū:qd' expetedū laudabile. Idē Ci. i eo dialogo q lucullus īscribit: & e primis academicis alter erat:sic dicit:captiosissimo gñe interogatōis utunt:aliqd minuati & gradatī addi t aut demi: soritas uocāt q aceruū faciūt uno addito grano:uitiosum sane:& captiosum genus.

nihil ut affirmē? quæraꝫ omnia:dubitans plærumq; & mihi ipse diffidens. Si enim aliquid certi haberem quod dicerem ego ipse diuinarem:qui esse diuinationem nego. Etenim me mouet illud:quod in primis Carneades quærere solebat:quarum nam rerug diuinatio esset:earum neq; sensibus perciperentur. At eas quidem cernimus:audimus:gustamus:olfacimus:tangimus. Nunquid ergo in his rebus est q prouisione: aut promotione mentis magis q̄ natura ipsa sentiamus? at nescio qui ille diuinus si oculis captus sit:ut Tiresias fuit:possit quæ alba sint: q̄ nigra dicere? aut si surdus sit uarietates uocum: aut modos noscere? At nullam igitur earuꝫ rerum quæ sensu accipiunt:diuinatio adhibetur:at qui ne in his quidem rebus:quæ arte tractantur:diuinatiōe opus est. Et enim ad ægros nō uates:aut hariolos:sed medicos solemus adducere. Nec uero qui tibiis aut fidibus uti uolunt: ab haruspicibus accipiunt earum tractationem:sed a musicis. Eadem in litteris ratio est reliquisq; rebus:quarum est disciplina. Num censes eos qui diuinare dicuntur posse respondere:sol maior ne q̄ terra sit? an tantus quantus uideatur? Luna q; suo lumine an solis utatur? Sol lunaq; motum habeat queꝫ. v. stellæ quæ errare dicuntur? Nec hæc qui diuini habentur profitentur se esse dicturos neq; eorum quæ in Geometria describuntur: quæ uera: quæ falsa sint: sunt enim ea mathematicorum non hariolorum. De illis uero rebus: quæ in philosophia uersantur: nunquid est quod quisquam diuinoruꝫ aut respondere soleat aut consuli: quid bonum sit: quid malum: quid neutrum? Sunt enim hæc propria philosophorū. Quid de officio: num quis haruspicem consulit quemadmodum sit cum parentibus cum fratribus cum amicis uiuendum? quemadmodum utendum pecunia: quemadmodum honore: quemadmodum imperio? Ad sapientes hoc nō ad diuinos referri solēt. Quid quæ a physicis aut dialecticis tractantur: num quis eorum diuinare potest: unus ne mundus sit an plures: quæ sint initia rerum ex quibus nascuntur omnia? Physicorum ista prudentia. Quomodo autem mentientem dissoluas: quem pseudomenon uocāt? aut quēadmodū soriti

resistas

RESISTAS:repugnes negando additamēta. TRItus:usitat⁹. OPtim⁹stat⁹ cōditio & gubernatio. MOres:īstituta:& ordinationes ciuilitatū cōsuetudinesq; ac ritus. PRINcipes:optimates:& nobiles. STAtuerit:iudicabūt atq; decernēt. DElecti:prudētes & eximii rex̄ usu edocti. QVOD si:cōcludit a sufficienti enumeratiōe partiū nullam eē diuinationem. SVBIEctæ:suppositæ tanq̄ ꝓpria materia sensuū:& obiectum illis adæquatū. CONtinent̄:comphendunt̄ & tractantur. NAM aut oium:rōnē affert suæ cōclusionis. OMniū:rerū.s.eē debet diuinatio:aut quarūdam. MAteria:subiectū circa qđ uersetur. PRAEficere:ꝓponere tanq̄ artificē ei⁹ & tractatorē. VVlgatis:uulgo.i.passim usurpatus:& tritus:ac per hoc cōis:uulgaris & singularis opponunt̄. BENE conicier:collimabit.i.cōrecturā itelliget qppiam signūq; attinget coniectura siqdem dr̄ autore fabio a coniectu.i.directione rōnis aduertentem:conicere igit̄ est iudicare per cōiecturā. PERHIbebo:dicam:& æstimabo. IMpendeat:īmineat:futuraq; sit. CONiciet:signis ꝓnoscet. GVbernator:rector nauis usu edoctus. NAturā:uim:genus:qualitatē. IMperator:rector exercit⁹ bellica peritia subnixus.

resistas:quē si necesse sit latino uerbo liceat acerualē appellare? Sed nihil op⁹ē. Vt.n.ipa phia & mlta uerba græcorx:sic sorites satis latio sermōe trit⁹ ē.Ergo hoc quoq; Dialectici dicēt n̄ diuini. Quid quū q̄rit̄ q sit optim⁹rei p.stat⁹:q̄ leges:q mores aut utiles aut iutiles:haruspices ne ex æthruria accersent̄?an pricipes statuēt:& delecti uiri periti rex̄ ciuiliū? Qđ si nec eax̄ rex̄:q̄ subiectæ sēsib⁹sūt ulla diuiatio ē:nec eax̄ q̄ artib⁹cōtinēt̄:nec eax̄:q̄ i phia differunt̄:nec eax̄ q̄ i rep.uersant̄:q̄rū rex̄ sit nihil ꝓrsus itelligo. Nam aut oium debet eē:aut aliq̄ ei materia dāda ē:i qua uersari possit. Sed nec oium diuiatio ē:ut rō docuit:nec loc⁹ nec materia iuenit̄:cui diuinationē pficere possim⁹. Vide igit̄ an nulla sit diuiatio. Est qdā græcus in hāc sniaz uersus. Bn̄ q cōiiciet uatē hūc phibebo optimū. Nū igr̄ aut q̄ tēpestas ipēdeat uates melius cōiiciet q̄ gubernator? aut morbi naturā acuti⁹ quā medic⁹? aut belli admīstrationē prudēti⁹:q̄ iperator cōiectura assequet̄? Sed aiaduerti. Q uite te caute & ab iis cōiecturis q̄ hn̄t artē aut prudētiā:& ab iis reb⁹ q̄ sensibus aut artificiis pciperent̄ abducere diuinationem: eāq; ita definire. Diuinatiōem eē eax̄ rex̄ p̄dictionē & p̄sensionē:q̄ eēnt fortuitæ. Primū eodez reuolueris. Nā & medici:& gubernatoris:& Imperatoris p̄sensio est rex̄ fortuitax̄. Num igit̄ aut haruspex:aut augur:aut uates qs aut somniās melius cōiecerit:aut ex morbo euasurū ægrotū:aut ex periculo nauez:aut ex īsidiis exercitū:q̄ medic⁹:q̄ gubernator:q̄ Imperator? At q ne illa qdē diuinātis eē dicebas:uentos aut hymbres īpēdētes qb⁹dā pn̄tir̄ signis:i quo nr̄a q̄dā & Aratea q̄dā mēoriter a te ꝓnūciata sūt. Et si hæc ipa fortuita sūt:plerūq;.n.n̄ sp eueniūt. Quæ ē igr̄:aut ubi uersat̄ fortuitax̄ rex̄ p̄sio:quā diuinationez uocas. Quæ.n.p̄sētiri aut arte aut rōe:aut usu:aut cōiectura p̄nt:ea nō diuis tribuēda putas:sed pitis. Ita relinqt̄:ut ea fortuita diuīari possint:q̄ nlla:nec arte:nec sapia ꝓuideri possint. Vt siqs M. Marcellū illū:q ter cōsul fuit mltis ānis ān dixisset naufragio eē piturū:diuinasset ꝓfecto. Nulla.n.arte alia id nec sapia scit̄ potuisset: Taliū ergo rex̄:q̄ in fortuna positæ sunt p̄sensio diuinatio est. Pōt ne igit̄ earum rerū:quæ nihil habent

ASSEquetur:ītelliget:quasi dicat nō:nā ut inqt philosophus bene singula efficiunt̄ per ꝓpriā uirtutem & artē. SED aiaduerti laudat. Q.fratris prudentiam in afferenda definitione ipsius diuinationes:deinde ipm uellicat:tanq̄ incautū:& in eosdem laqueos recidētē & casses. ANImaduerti:cōsideraui & obseruaui. CAVte:prudēter & circūspecte.cautus dr̄ qui mala declinat cū rōne atq; sollertia. CONiecturis:iudiciis:& itelligētiis. PRVdētiam:sciam:& disciplinam. ARTIficiis formulis artium & rōnib⁹. ABducere:separare a mouere. Monet Arist.ut prudēter res ipsæ definiant̄ & describant̄:qm̄ ad ea q̄ sequunt̄ opē afferūt uel maxime bona siqdē ueraq; definitio uim oēm & q̄litatē rei definitæ cōplectit̄:& declarat cūq; suo definito cōuertit̄. PRImū:añ oia. EOdē:ad eādē ābiguitatē:& angustias:qm̄ ceteræ artes cōiecturales circa fortuita uersantur:ergo illa definitio n̄ ē ꝓpria ipsi⁹ diuiatiōis. Præsensio ꝓnotio:ꝓsagitio:& iudiciū. FORtuitax̄:plerūq; n̄ sp euenientiū. Hax̄ siqdē signa & notæ n̄ sp eosdē effect⁹ sortiūt̄:ut ipa expiētia docet. CONiecerit:signis cognoscet. ESse diuinātis:ptinet̄ ad diuinationē:sed physicē:hn̄t tn̄ aliq̄ cū diuiatiōe silitudinē. Ita etenī dixit. Q.Age ea q̄q; sūt ex alio gn̄e.tn̄ diuiationi sūt silio ra uideant̄. IMpēdētes:imminētes:atq; futuros. NOstra q̄dā.i.quosdā uersus ex eo libro q man⁹ iscribebat̄ de ꝓgnosticis & n̄ extat. ET aratea q̄dā:ad arati imitationē scripta. AVT ubi:i q̄ materia tāq̄ peculiari & sua. PRæsentiri ꝓnosci:& iudicari. Rōne:cā & doctria. VSV:expiētia. Cōiectura:opiabili iudicio ac signis. PERItis:callentibus artē & rōnem. ITA relinquit̄:poni ꝓpriam materiam ipsius diuinationis:circa.s.eas res fortuitas:q̄ nulla arte:nulla pentia:nullaq; prudentia & conecturis possunt præsentiri:& discerni:tamen & hanc partem diuinationi relictam ingenii calūnia infirmabit academicus Cicero. VT si quis:ponit exemplum huius rei fortuitæ quam ad diuinationem pertinere dixit. Hic M. Marcellus nepos fuit ei⁹ Marcelli q bello punico secūdo expugnauit syracusas:& naufragio ad ipsam aphricam periit Paulo ante ceptū bellum punicum tertium. POtest ne igit̄:academico uaframeto etiam hanc partem rerum fortuitarum ad diuinationem non pertinere ostendit Cicero.

RATIOnis:causæ a qua pēdeant:& oriant. FORS:casus aliqs:fors & fortuna hoc distant inqt Nonius fors est casus tpalis:fortuna dea est ipa. CAsus:inopinatus euētus:& accidēs aliqd'. EVENtus:fortuitus exitus. CEcidit:hoc ad casum retulit:qui naturā seqt autore Aristotele in physicis. TEmere:sine rōne. CAECO:īprouido lapsu:& biuio. VOlubilitate:mutabilitate:ac icōstantia. RAtione:medica prudētia & arte quā usus roborat. INsidias:hostiles dolos. TEmpestates:uentos & procellas fluctuum. SAEpe:qm nō semp eadē eueniunt:& signa decipiunt interdū. CERta rōne:cā:& arte atq; peritia. BAccam:fructū. RAtione:cā:& prudētia:qm e floribus enascunt fruct⁹:sed flores interdū frustrant agricolā. PRObabili cōiectura ueri simili iudicio. RAtione:cā. EXtis:isp ectione extorum & ponit ipsa genera diuinatiōis:q aut naturalis est:aut arte cōstat:ut dictū est. OSTENtis:monstris:& pdigiis. ORAculis:furoribus & uaticiniis. NON dico:nōdū igt Ci.ad singula cōfutāda & ifirmāda desc'dendo:sed in gnē loquor de reb⁹ fortuitis:quas ad diuinationē nō ptinere asseuero. NVLla sint:nihil significēt:qtū ut signa obseruant ab his q uaria diuinatōis gnā pfitent:fissum iecoris:aut rimā obseruat haruspex: cant⁹ & uolatus augur stellæ traiectionē astrologus:Sortilegi fortes:naturalis aūt diuinatio furētiū est atq; somniātiū:q oia in ambiguū reuocat academicus q pfensionē: & pdictionē futurarū rerū eē negat. QVI:quo q̄ uia: & rōne. NEq; cām:academico cauillo dñr hæc:hñt siqdem cām qcūq; eueniunt:sed ignotā nobis cām omnium causarū ignorātibus:deū.s.gloriosum:& oipotētem: sine cui⁹ nutu & pudentia ne foliū qdē in arborib⁹agitat aut cadit. NOtā:signū. NVmeris:mathematica supputatiōe. PERsequūt:itelligūt & obseruant. NAturæ necessitas:qm naturalr & uecio talia eueniunt.cū hēant certas causas tales effect⁹. VIdent:sciunt:perspiciunt. CONstātissimo:uniformi & iuariabili. EREgione:cōtra ex opposito. MEta:q̄si turbo qdā iuersus metæ silis. OBscuret:obtenebret:& auferat. QVO signo:signiferi parte aliq signis duodecim distīcta:nouerūt inqt planetarū motus p obliquū & ortus & occasus eorūdem:qm causas nō ignorat. QVAM rōnē:cām hos effect⁹ pducētem. SEquant:hēant:& teneāt tanq̄ certā & iuariabilem. QVI thesaurū: supiores inqt hñt cām:qui uero thesauri inuētionē pdicunt nullam penitus. QVID sequunt.i.nullā rōnē aut cām hñt. IN qua natura rerū:in qua parte rerū naturalium tanq̄ ppria cā taliū effectuū & euentorū. HAEC:thesaurus & hæreditas. EAq; q̄ sūt eiusdem generis:qualitatis & naturæ.i.similia thesauro & hæreditati. TAlem necessitatem:causam tales effectus naturaliter & necessario producentem:tū hoc assero a casu & fortuna nil puenire:ergo diuinatio non est pnotio rerum fortuitarum:cum fortuna sit nomen inane. Vnde dixit Iuuenalis. Nullum numen abest si sit prudētia:sed te Nos facimus fortuna deam cæloq; locamus. FORte fortuna:fortuito euētu. NIhil est:probat quod dixit a ui & natura ipsius fortunæ quæ temeraria est inconstans & cæca:nullaq; ratio potest fortuna pnoscere. RAtioni & constantiæ constanti rationi & firmæ:ac nunq̄ uacillanti:& ipse deus fortuita dispicere non potest:nā si dispicit illud erit certum:ergo non fortuitum:& fortuna nulla:sed fortunam cōmunis cōsensus ponit:igitur fortuita præsentiri nequeunt.argute argumentatur academicus ut allatā deuet definitionē:transuersumq; agat: & torqueat aduersariū. CERte:fixe:& imutabiliter.

ratiōis:quare futuræ sint esse ulla præsensio? Quid est enim aliud fors:quid fortuna:quid casus:qd euētus:nisi quum sic aliquid cecidit sic euenit:ut uel nō cadere atq; euenire uel aliter cadere atq; euenire potuerit? Quomodo ergo id qd' temere fit cæco casu & uolubilitate fortunæ:præsentiri & prædici potest? Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet:insidias Imperator:tempestates Gubernator:& tamē hi ipsi sæpe falluntur: qui nihil sine certa ratione opinantur. Vt agricola quum florē oleæ uidet baccam quoq; se uisuruz putat:non sine ratione ille quidem:sed non nunq̄ tamen fallitur. Quod si falluntur ii:qui nihil sine aliqua probabili coniectura ac ratione dicunt:quid æstimandum est de coniectura eorum qui extis:aut auibus aut ostentis:aut oraculis aut somniis futura præsentiunt? Nondum dico quare hæc signa nulla sint:fissum iecoris: corui cantus uolatus aquilæ:stellæ traiectio:uoces furentum:sortes somnia:de quibus singulis dicam suo loco. Nūc de uniuersis qui potest prouideri quicquā futurum esse:quod neq; causam habet ullam:neq; notam cur futurum sit. Solis defectiōes itemq; lunæ prædicuntur in multos annos ab his qui syderū cursus & motus numeris persequuntur:ea enim prædicunt quæ naturæ necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunæ:quando illa e regione solis facta incurrat in umbram terræ: quæ est meta noctis: ut eam obscurare necesse sit:quādoq; eadem luna subiecta atq; opposita soli nostris oculis eius lumen obscuret:quo in signo quæq; erratium stellarum:quoq; tempore futura sit:qui exortus:quodq; die signi alicuius:aut qui occasus futurus sit. Hæc qui ante dicunt:quā rationē sequant uides:qui thesaurū inuenturum:aut hæreditatem uenturā dicūt:quid sequuntur:aut in qua rerum natura inest id futurum. Quod si ea quæ sunt eiusdem generis habēt aliquā talē necessitatem:quid est tādem quod casu fieri:aut forte fortuna putemus? Nihil enim est tam cōtrarium rōni & constantiæ q̄ fortuna ut mihi ne in deum quidem cadere uideatur:ut sciat quid casu:& fortuitu futurum sit. Si enim scit:certe illud eueniet: sin certe eueniet

nulla

nulla fortuna est. Est autem fortuna: rerū igitur nulla præsensio est. Aut si negas esse fortunam: & omnia quæ fiunt: quæq; futura sunt: ex omni æternitate definita dicis esse fataliter: muta definitionem diuinationis: quam dicebas præsensionem esse rerum fortuitarum. Si enim nihil fieri potest: nihil accidere: nihil euenire: nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum ratio tempore quæ potest eē fortuna? qua sublata qui locus est diuinationi: quæ a te rerum esse fortuitarum dicta præsensio: quāquam dicebas omnia quæ fierent: futurauę essent fato contineri. Anile sane & plenum superstitionis fati nomen ipsum: sed tamen apud stoicos de isto fato multa dicuntur: de quo alias nūc quod necesse est. Si omnia fato: quid mihi diuinatio prodest? Quod enim is qui diuinat prædicit: id uero futurum est: ut ne illud quidem dicam quale sit quod Deiotarum familiarem nostrum ex itinere aquila reuocauit: qui nisi reuertisset in eo conclaui ei cubandum fuisset: quod proxima nocte corruit. Ruina igitur oppressus eēt: at id neq; si fatum fuerat effugisset: nec si non fuerat: in eum casum incidisset. Quid ergo adiuuat diuinatio: aut quid est qđ me moueant aut sortes: aut exta aut ulla prædictio? Si enim fatuȝ fuit classes P.R. bello punico primo alteram naufragio: alteraȝ a pœnis depressam interire: etiam si tripudium solistimū pulli fecissent L. Iunio & P. claudio cōss. classes tamē interissent. Sin quum auspiciis obtemperatum eēt: interituræ classes non fuerunt: nō interierūt fato. Vultis autem omnia fato: nulla igitur diuinatio. Qđ si fatū fuit bello punico secundo exercitum P.R. ad lacum trasimenū interire? Num id uitari potuit si Flāminius consul his signis: hisq; auspiciis quibus pugnare prohibebatur paruisset? Certe potuit. Aut igitur non fato interiit exercitus: mutari enim fata non possunt: aut si fato quod certe uobis ita dicendum est etiam si obtemperasset auspiciis: idem euenturū fuisset. Vbi est igitur ista diuinatio stoicorum? quæ si fato omnia fiūt: nihil nos admonere potest ut cautiores simus. Quoquo enī modo nos gesserimus: fiet tamen illud quod futurum est. Sin autem id potest flecti: nullum est fatum: ita ne diuinatio quidem: quoniā rerum futuraȝ est. Nihil aūt est. pro certo futurū: qđ pōt aliqua ꝓcuratione accidere ne fiat. Atq; ego ne utilem qdem arbitror esse nobis futurarum rerū scientia. Quæ enī uita fuisset Priamo: si ab adolescētia scisset: quos euētus senectutis eēt habiturus:

NVLLA fortuna est: non est fortuna: qm̄ ei⁹ uis & natura icerta est: scīa aūt dei certitudinē imponit rebus & necessitatem. EST aūt fortuna. i. fortuiti euētus ut omnium fere gētium & nationū patet cōsensu: & ipsa appellatione quæ nō eēt si res ipsa e reꝝ natura tolleretur. Adde ꝙ summus philosophus Arist. casum et fortunā posuit & definiuit in physicis: hæc sunt gentiliū phōrum acumina. NVLla: qm̄ ut deductum est ne in deo qdem esse pōt. SI negas. i. si oīa dicis fato fieri & non fortuna cogeris mutare definitionē: et nullā mentionē facere reꝝ fortuitaꝝ. EX omni æternitate: ex quo fuit sup̄ma natura & diuina ꝓuidentia: quæ falli nō potest. DEfinita: determinata: & cōstituta. FAtaliter: necessitate quadā fatali. SI enim: ratio quare mutanda est definitio: qm̄ s. fortuna nō habet locum ubi oīa fato eueniunt. AB omni æternitate semper ordineq; sempiterno ac serie. CERtum: uerū fixum: & imutabile. RAto: firmo: statoq;. QVAE: quasi dicat nulla esse pōt: cū incerta habeat̄ & incōstans. LOcus: a nulla pars ei relinquit̄: cum reꝝ fortuitaꝝ scīa definiat̄. FAto: necessitate fatali cōp̄hēdi: sed fatum inqt academicus nihil est & nomē tm̄. ANIle: uanum & delyrū. SVp̄stitionis: inanis religionis. DE quo alias: alio tp̄e locoq; nam post hoc opus de fato scripsit Ci. librū: qui mutilus extat ac pene inutilis. SI oīa fato: ꝓbat academicus inutilem eē diuinationē si sit fatalis necessitas: qm̄ uitari nō pōt etiā si ꝓuisa fuerint a diuinis atq; p̄dicta. VEro: certe ac firmiter. QVAle: cui⁹ q̄litatis & naturæ. NEcessarium: amicū: & hospitē. CVbandū: acūbendum & pnoctādum. FAtū: certū: fixū: & necessariū. SI nō fuerat. s. fatum & imutabile. ME moueant: cōturbent aliqua diuinationis & p̄dictiōis gr̄a. SORtes: pagellæ eductæ: aut aliquid tale quo sortilegi utunt̄ ad diuinādum. EXta: signa extoꝝ. VLLA dictio: aliqđ uerbum ꝓlatum: & omen qđ Pythagorici obseruauerūt imp̄mis: ut dictū est. FAtū: certū & fixum has classes (de qbus iam dictū est) perire naufragio etiā si litassent signaq; secūda gubernatores habuissent talem exitū fatalē nō effugissent. NVLla: nullius momēti & p̄tii: qm̄ fatū ēt si ꝓuidet̄ mutari nō pōt: ponit exēplū de Flaminio ad lacū perusinum. NVM id uitari potuit: q̄si dicat nō poterat aliquo cōsilio declinari & caueri talis interit⁹: sed inqt si Flaminius paruisset auspiciis: & nō fiūt oia fato potuit uitari: ergo fatalis nō fuit ille itent⁹. VObis: stoicis ne uestū ꝓdatis dogma & deseratis. VBI ē: q.d. nullū hēt locū: nullāq; materiā quā tractet & ī qua uerset̄: prudētiores in declinādis impendentib⁹ periculis. FLEcti: mutari tollit̄ e medio fatū: & sic acute concludit cōtra stoicos fati & diuinationis assertores. NE diuinatio qdem: est. s. qm̄ ea sic uel non sic certe īdubitateq; euētura p̄noscere nō possum⁹ q̄ uaria sunt & mutabilia. PROcuratiōe: remedio depulsioneq;. AT q; ego hactenus nō eē diuinationē asseuerauit: iam etiā si eēt dānosam eē demōstrat cām ꝑpetui angoris & sollicitudinis. Lucanus in hanc sn̄iam optat. Sit subitū qđcunq; paras sic cæca futuri Mens hominum fati liceat sperare timenti. QVAE uita: anxia. s. atq; sollicita. Euentus: horrendos exitus.

ABEAmus discedamus a rebus fabulosis atq; poeticis quæ ad libidinē finguntur ponunturq; in exēplū ut nemo secū do fortunæ flatu supbiat: sed reflare illā posse nouerit: & timeat: quapp apud Senecam in troade sic loqt hecuba. Quicūq; regno fidit: et magna potēs. Dñat aula nec leues metuit deos. Aiumq; reb⁹ credulū lætis dedit. Me uideat & te troia nō nūq̄ tulit. Documēta fors maiora q̄ fragili loco. Starēt supbi. PROpiora: uiciniora recētiora: & nostratia. GRAuissimos: acerbissimos. M. CRAsso: qui cecidit apud parthos ignominiosissime: acerbissimeq;. caput qui etiā publii filii hastæ infixū ostētarūt barbari. OPibus: potētis & clientelis. FORtunis: diuitiis. IGNOminia: cōtumelia. DEdecore: de honestamēto: & pbris. TRIb⁹ triūphis europeo uidelicet. Libyco & asiatico. IRI trucidatum ab achila. s. & photino Ptolemei pniciosissimis ministris: & carnificibus. EA cōsequuta ara oppssionē rei pu. interitū libertatis & legū: cæsaream denīq; tyrānidē. SEnatu: cetu senatoꝝ. COoptasset: elegisset i aliorū; locum substituisset: ac suffecisset. CVria Pompeiana: ædē auctoriæ cū theatro dedicatæ a Gneo Pom. ad cui⁹ statuam trucidat⁹ cecidit Cæsar plutarchus agēs de morte cæsaris dicit cædis locū in quo ea die senat⁹ cogebat Pom. iter alia ornamēta aū theatrum dedicauerat. In eo ꝑterea q̄dam Pom. iacebat imago. ORnatis: auctis & honestatis: & ip̄mis Bruto qui cæsaris filius: habebatur. NAM illud: occurrit obiectiōi academic⁹: ut quo quouersum opiones eleuet stoicoꝝ oia fato fieri afferētium: & oia diuinatiōis genera cōprobantiū. STOIcis: assertoīb⁹ fatalis necessitatis: & ꝑsensionis reꝝ futuratarum. NON isset: si aliquo genere ꝑsagitiōis talē exitum ꝑ uidisset. EVphratē: terminū. s. Romani imperii & parthici. NON igit: si potuissent nō iuisse inqt Ci. exitus eoꝝ nō fuerūt fatales: & necessarii. Vos aūt oia fieri fato asseueratis. DIuinare: ꝑnoscere. FRVctum: lætitiam & oblectationē uitæ iā actæ cū honore: gloriaq; IAceat: caduca sit & nulla. SOLlertia: rōnū acumen & argumētationum qbus & fatū afferūt: & diuinū ꝑsensionis munus. TRIstissimas: infelicissimas significari. LEuius: tolerabilius: & debilius. Vñ dicit Seneca. Vim aufert ꝑsentibus malis qui futura illa ꝓspexit: & q̄ multo ante ꝓuisa sunt languidius incurrūt. PROcuratis: rite peractis: & legitima libatione celebratis. LEuare: adiuuare: ꝓdesse leuiusq; reddere impēdas malū. HOC sentit: huius est opionis & sniæ Homerus. xv. iliados Iouem sic loquentem inducit. Heu mihi qm̄ fatale est dilectissimū sarpedonē a patroclo menetiade superari. QVOD forte. i. fatali cōditione ac necessitate. Herodotus dicit Pythiam legatis crœsi delphos ꝓfectis: ita rñdisse. Sortem fato destinatam deo quoq; defugere impossibile est. Prometheus apud Eschylum agēs de fatali necessitate inquit. Ars longe infirmior necessitate est quam fata regunt: qbus imbecillior est Iuppiter. Ergo fatum non effugiet. ATELlanio: iocoso: & satyrico. Diomedes agens de formis comediæ dicit. Tertia species est fabularum latinarum quæ a ciuitate oscorū atella in qua primum cœptæ atellanæ dictæ sunt argumētis dictisq; iocularibus similes Satyricis fabulis græcis. SEueris: granibus & seriis. RAtio: hæc argumentatio contra stoicos de diuinatione in genere.

Abeamus a fabulis: ꝓpiora uideamus. Clarissimoꝝ boium nr̄æ ciuitatis grauissimos exitus in consolatione collegimus. Quid igitur ut omittamus superiores M. ne crasso putas utile fuisse tū quū maximis opibus fortunisq; florebat: scire sibi īterfecto P. filio exercituq; de leto trans euphratē cū ignominia & dedecore eē peundū? An Cn. Pōpeiū cēses tribus suis cōsulatibus tribus triūphis maximaꝝ reꝝ gloria lætaturū fuisse si sciret se i solitudine ægyptioꝝ trucidatū iri amisso exercitu? post mortē uero ea cōsecutura: q̄ sine lachrymis nō possum⁹ dicere. Quid uero Cæsarē putam⁹: si diuinasset fore ut i eo senatuquē maiore ex pte ip̄e cooptasset: i curia Pōpeiana añ ipsius Pōpeii simulachrū: tot cēturionib⁹ suis īspectātibus a nobilissimis ciuib⁹ parti ēt a se oīb⁹ reb⁹ ornatis trucidatus ita iaceret: ut ad ei⁹ corpus nō mō amicorū: sed ne seruoꝝ qdē q̄sq̄ accederet: quo cruciatu animi uitā acturū fuisse? certe igit ignoratio futuroꝝ maloꝝ utilior est q̄ scia. Nā illud qdem dici ꝑsertim stoicis nullo mō pōt. Nō isset ad arma Pōpeius: nō trāsisset Crassus euphratē: nō suscepisset bellū ciuile Cæsar: nō igitur fatales exitus habuerūt. Vultis autē euenire oia fato: nihil ergo ꝓfuisset illis diuinare: atq; etiā oēm fructū uitæ superioris perdidissent. Quid enim iis eēt lætum exitus suos cogitātibus? Ita quoquo se uerterint stoici: iaceat necesse est oīs eoꝝ sollertia. Si. n. id qd euenturū est: uel hoc uel illo modo pōt euenire: fortuna ualet plurimum q̄ autem fortuita sunt: certa eē non pñt. Sin autē certū est qd quaq; de re quoq; tpe futurum sit: qd est qd me adiuuent haruspices: quū res tristissimas portēdi dixerint? Addunt ad extremū oia leuius casura rebus diuinis ꝓcuratis. Si enim nihil fit extra fatū nihil leuare diuinatio pōt. Hoc sentit Homerus quū quærentē Iouē inducit q; sarpedonem filiū a morte cōtra fatū eripere non posset. Hoc idem significat græcus ille in eā sniam uersus. Quod sorte paratum est: id summū exuperat Iouem. Totum omnino fatum etiā Atellanio uersu iure mihi eē irrisū uidet: sed in rebus tā seueris non est iocādi locus: concludatur ergo ratio. Si enim prouideri nihil potest futurum esse eorum: quæ casu fiunt quia esse certa nō possunt: diuinatio

nulla

NVLLA est: nullas habet uires: & definitio allata illi nõ cõuenit: qm̃ res fortuitæ tanq̃ certæ & fixæ ꝓuideri non pñt: hæc inqt in uniuersis cõtra ꝑensionẽ dicta sint: & talis disputatio fuerit nobis tanq̃ excursus qdam militũ leuis armaturæ: ac uelitum qui eminus inchoant ꝓlium: deinde cõfligunt acies pugna q̃ stataria celebrat̃ oĩ robore: ac nisu. COminus: ꝓpius: & præssius pedes pedib⁹ cõferamus & in spẽ iam de diuinatiõe certemus. CORnua: duas acies robustissimas q̃ nũc cornua dicunt̃: nũc alæ: & itelligit Ci. duo genera diuinatõis: naturalẽ uidelicet & artificiosam: quas nocat cornua trãslatione sumpta a re militari: in qua uis oĩs adhibet̃ ut cornua exercitus cõmoueant̃: & superent̃. ARTIficiosum: qd' arte cõtineret̃ & disciplina. CONiectura: opinabili iudicio: & notatione signoꝝ: similitudineq;. QVOD: qm̃ aĩus diuinãtis hẽt quãdã cognatioñe & similitudine: & icirco somniãtes: aut furẽtes & enthei diuino afflatu futura ꝓspiciunt. ARripit: celeriter attrahit: haurit: q; uim uaticinã a ui & natura diuina. EXcipit: imbibit desup fluentem. EX diuinitate: qualitate supremi numinis. VNDE: a q̃ diuinitate animi humani delibant̃ ut qbusdã ꝓhãtib⁹ uisum: ẽ atq; poetis. LIBatos: gustatos & ibibitos. OMinibus: nõ cib⁹ humanis q̃ omen faciũt oia q; dicunt̃. CONiecturale: cõstans cõiecturis & signis. IN hoc genere .i. artificiosa diuinatiõe. CONcitatiõe: cõmotione ac pulsu extrinsecus: sine afflatu q̃si furori. EDI: emitti. FVNdere & spargi. ANImo uacuo: ociosõ nec occupato: aut distracto extrinsecus sensib⁹: sed libero ac sui iuris: ui tumq; corpe sopito: sensibusq; sopore ligatis. PROuideri: ꝓspici & ꝓnosci. DVxisti: originasti tanq̃ a causa & rõne ipsius diuinatiõis: qui. i parit diuinitas: ut dictum est: fatũ ipm: & natura .i. ꝓprietas naturalis rerum quarũ principatũ optinet aĩa cui⁹ uis est certe diuina: & quadã cognatione diuinitati adnexa. NIhil explicare: rõnibus & causis afferẽdis enodare ac ꝓbare certa: sed copia exemploꝝ: COMmẽtitiorum: fictoꝝ ad suribẽdũ libidinẽ. disputatio autẽ quæ uia quadã & rõne habet̃ rõne niti debet nõ exemplis Plato in .ix. de re pu. dicit. Rationes philosophi sunt istrumẽta quibus iudicãdũ est: quapp ea q̃ phũs & uir rõnum studiosus enũciaue rit uerissima sunt. CAsu euẽtu quodã fortuito: & nõ certa rõe ac scia. EVENtis: effectib⁹: & exitib⁹ talib⁹: ut illos negare possimus: ut sunt exempla historiis: & monimẽtis qbuscũq; tradita memoriæ. REI pu. cã: publici cõmodi gr̃a & diuini cultus. COlendã: exercẽdã & honorandã iudico. SOli sumus: nõ adest corona populi cui⁹ impetus in tali re formidolosus est: & iudiciũ. Sine iuidia: odio & offensione uulgi: multitudinisq; imperitæ. MIhi ꝓsertim: academicæ uidelicet philosophanti: & de plurimis ambigenti ut dogma nr̃m cõseret. INspiciamus: cõsideremus naturam extoꝝ & in spẽ iam disputat Ci. qd' se facturũ ꝓposuerat. COLlata: cõicata inuicem: & cõparata. ESSET: ptineret ad inimicum: & q̃d amicum .i. inimicitiã significaret: & inforunium: necnõ amicitiã: & bonã fortem. FISsum: quæ rima ex extis. COMmodũ: utilitatem atq; cõpendiũ. AELEI: Peloponnesiaci: æleiut dictum est iamidas: & glutidas claros habuerũt haruspices. CONtulerũt: cõmunicarũt. FINgi: imaginari. ALIO more: uia mõ: usu: & cõsuetudine. DIsciplinã: artẽ ac formulam interptandi. VIS. potentia & efficacia. REnũ natura: qualitate rerũ naturaliũ. CONformari: similẽ eẽ aliq̃ ex pte diuinæ potẽtiæ. NVmini: potestati. ATq; negat talem cõformationẽ Cicero: & ostendit infinitã um diuinam: cum rer natura finita nil cõe hr̃e posse.

nulla est. Sin autem icirco: possunt prouideri: q̃a certa sunt & fatalia: rursus diuinatio nulla est: eam enim tu fortuitarũ rerum esse dicebas. Sed hæc fuerit nobis tanq̃ leuis armaturæ prima oratiõis excursio: nũc cominus agamus. Experiamur itaq; si possum⁹ cornua cõmouere disputationis tuæ. Duo enim genera diuinandi esse dicebas: unum artificiosum: alterũ naturale. Artificiosum cõstare partim ex cõiectura: partim ex obseruatiõe diuturna. Naturale quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex diuinitate: unde omnes animos haustos aut acceptos: aut libatos haberemus. Artificiosa diuinationis illa fere genera ponebas extispicum: eorũq; qui ex fulguribus ostentisq; prædicerent: tum augurum eorũq; qui signis aut ominibus uterentur: omneq; genus coniecturale in hoc fere genere ponebas. Illud autẽ naturale aut concitatione mentis edi: & quasi fundi uidebat̃: aut animo per somnũ sensibus & curis uacuo ꝓuideri. Duxisti aũt diuinationem oẽm a tribus rebus: a deo: a fato: a natura: sed tamẽ quũ explicare nihil posses: pugnasti cõmentitiorũ exẽplorũ mirifica copia: de quo primo hoc libet dicere. Hoc ego philosophi nõ esse arbitror testibus uti: qui aut casu ueri aut malitia falsi fictiq; eẽ possunt. Argumentis & rõnibus oportet quare quidq; ita sit docere non euentis: ijs ꝓsertim quibus mihi liceat nõ credere: ut ordiar ab haruspicina: quã ego rei p. causa: cõisq; religionis colendã censeo. Sed soli sumus: licet uerũ exquirere sine inuidia: mihi ꝓsertim de plærisq; dubitanti. Inspiciamus si placet exta: primum. Persuaderi igit̃ cuiq̃ põt: ea q̃ significari dicunt̃ extis cognita esse haruspicibus obseruatione diututurna. Et q̃ diuturna ista fuit? aut q̃ õginquo tempore obseruari potuit? aut quomodo collata inter ipsos: quæ pars inimici: quæ pars familiaris esset: quod fissum periculum: quod cõmodum aliquod ostẽderet? An hæc inter se haruspices æthrusci: elei: ægyptii: pœni cõtulerũt? At id præterq̃ quod fieri non potuit: ne fingi quidem põt. Alios enim alio more uidemus exta iterp̃tari nec eẽ unam oĩum disciplinã. Et certe si est in extis aliqua uis: quæ declaret futura: necesse est eam aut cũ rerũ natura eẽ cõiũctam: aut cõformari quodãmodo numini deorum.

Atqui diuina cũ rerũ natura tãta tãq; præclara in oẽs partes: motusq; diffusa qd hr̃e pōt cōmune: nō dicã gallinaceũ fel. Sunt.n. q uel argutissima hæc exta esse dicant: sed tauri opimi iecur: aut cor: aut pulmo qd habet naturale qd' declarare possit: quid futurum sit? Democritus tñ nō īscite nugat᷑ ut physicus: quo genere nihil arrogãtius. Q d' est ante pedes nemo spectat: cæli scrutant᷑ plagas. Verũ is tñ habitu extorum & colore declarari censet. hoc dũtaxat pabuli genus & earũ rerũ quas terra procreet uel ubertatẽ uel tenuitatem salubritatẽ etiã: aut pestilentiã extis significari putat. O mortalẽ beatũ: cui certo scio ludũ suũ nunq̃ defuisse. Hunccine hoiem tantis delectatũ eẽ nugis ut nō uideret tum futurũ id uerisimile si omniũ pecudũ exta eodem tpe in eundẽ habitũ se coloreq; cōuerterent? Sed si eadẽ hora aliæ pecudis iecur nitidũ atq; plenũ est: aliæ horridum & exile: qd est qd' declarari possit habitu extorũ & colore? An hoc eiusdem modi est: quale pherecideũ illud qd' est a te dictum: qui quũ aquã uidisset ex puteo haustã terræ motũ dixit futurũ: parũ credo impudẽter. Q uod quũ factus esset motus dicere audent q̃ uis id effecerit: etiã ne futurũ eẽ aquæ iugis colore pſentiunt. Multa istiusmodi dicunt᷑ in scholis: sed credere oīa uide ne nō sit necesse. Verũ sint sane ista democritea uera: qñ nos ea extis exqrimus: aut qñ aliquid eiusmodi ab haruspice īspectis extis audiuimus. Ab aqua: aut ab igni pericula monẽt: tũ hereditates tũ dãna denũciant: fissum familiare & uitale tractãt: caput iecoris ex oī pte diligẽtissime cōsiderãt. Si uero id nō ē īuẽtũ: nihil putãt accidere potuisse tristi?. Hæc obseruari certe nō potuerũt: ut supra docui. Sũt igit᷑ artis īuẽta: nō uetustatis: si est ars ulla rerũ incognitarũ. Cum rerũ aũt natura: quã

ATQ VI: certe: ordo est diuina natura: cũ natura rerũ qd hr̃e pōt cōe: quasi dicat nihil: qñ de dissimilib? nō idẽ debet eẽ iudiciũ. TANta: tam ampla & oipotẽs. PRAEclara: illustris & magnifica. MOtus: agitatiões: & flux?: qm̃ p oia mouet᷑ facillime: cũ illi? motui nil possit retardare: agit q; quicqd libuerit celerrime. DIFfusa: sparsa: & extẽta. COMmune: cōforme ac sile. NON dico declarat Ci. exta nō hr̃e talẽ naturã ut res futuras pmr̃are possint ac diuiare: & qm̃ Democrit? aīr senserat dicit illũ fuisse nugatũ: atq; iocatũ. ARgutissima. i. acutissima & sagacissima. Q VID naturale: quã uim natura īsitã. NON īscite: nō idocte: ac sine doctrina fuit nãq; uir magn? īprimis. NVgat᷑: res uanas dicit & cōmētitias ut physicorũ est mos: arrogãter siqdẽ naturæ interpretationẽ ac uenationẽ sibi uẽdicãt. Q VOD est ante pedes: affert Ci. uetustũ carmẽ quo uanitas physicorũ taxat᷑. Tale illud est qd' ancilla thaleti delapso i foueam dũ cæli tẽpla suspiceret rñdisse fert᷑. Q VOD est ante pedes: priuatũ. s. publicũq; officiũ. nã prisci philosophãtes circa cælestia occupati rōnẽ uitæ degendæ neglexerũt. Socrates primũ ad terras: & urbes phiam deuocauit. Hic siqdem primus humanæ pfectiōis est gradus. Versus pacuuii celebrat᷑ inprimis. Ego odi hoïes ignaua opera: & philosopha sñia. Nihil enĩ fieri posse indignius dicere solebat Macedo phũs autore Gellio: neq; intolerantius q̃ qd' hoïes ignaui ac desides operti barba: & pallio mores & emolumenta phiæ in linguæ uerborũq; artes cōuerterent: & uitia facũdissime accusarent iterentib? ipsi uitiis madẽtes. SCRVtant᷑: inqrũt: rimant᷑ & cōmẽtant᷑. PLAgas: regiões: templa: & spacia. VErũ is: īterptat᷑ mẽtem Democriti: ut ostẽdat etiã illũ cuius autoritate nitebant᷑ stoici pro ipsis nō facere.

HAbitu: dispositione: & qualitate intestinorũ. CENset: putat statuit: indicat solũ demonstrari extorũ habitu pinguedine. s. ac macie. GEnus. i. naturam herbarũ qbus pascunt᷑. TEnuitatem: exilitatem & paucitatem.

O Mortalẽ beat: ironice beatũ appellat Ci. Democritum tales ineptias cōmentãtem: & scribẽtem. CVI: uiro Democrito nugatori: & uano. LVdum. i. iocũ: & risum: lusit inquit Ci. iocatusq; est ut cōsueuit Democritus: de quo Iuuena. Perpetuo risu pulmonẽ agitare solebat Democritus. SVVM: illi ppriũ: īnatũ: & solẽnem. HVNCcinẽ. i. talẽ tantũq; uirũ indecens est atq; absurdum ī nugis cōtriuisse curas: deest uerbũ decuit ut in tali genere acclamatōis: & admiratiōis fieri cōsuenit. Nugis: reb? uaīs atq; futilib?. Vt ñ uideret: ñ cōsideraret ñ dispiceret hoc qd' de extis cẽsuit: tũc fuisse uerosile si oīum aialiũ fibræ tales eẽnt & uniformes. Verisimile aũt dicit & nō uerum ut academici seruet decorũ. HAbitũ: naturæ habitudinẽ: & q̃litatẽ. NItidu: bñ coloratum & lucidũ. PLEnũ: pingue. HORridum: squalidum: luridũ: male coloratũ. EXIle: tenue macilẽtum.

EIVSmodi: talis generis: & naturæ. IMpudenter: inuerecũde: aliquãtum talia enũciauit Syrius pherecides.

Q VAE uis: quæ potentia & causa efficiendi uim habeus. IVGIS: perpetuo manantis & scatentis. COlorent de extis sensit Democritus: quasi dicat absurdissimum est colore aquæ motum terræ præsagiri. IN scholis. i. ociosis disputationibus: & umbratili disertatione philosophantium. EA: quæ habitu & colore extorum cognosci posse statuit Democritus. AB aqua: per hydromantiam & pyromantiam. MOnent: monendo pdicunt. Hæc sunt inquit & talia quæ audimus ab haruspicibus & nō democritea de genere pabuli: ubertate: salubritate pestilentiaq;. FISsum familiare: rimam iecoris amicã: & ppitiã: uitãq; significantem. TRActant: tãgendo cognoscũt & cōsiderãt. CAput iecoris: principalioré partẽ. Iecur īquit Plinius magnæ est autoritatis in eo qd' caput extorũ uocant. ID: caput iecoris. TRistius: īfelicius. NON potuere: longo. s. tempore ut uetustas disciplinam effecerit: & collatio adinuicem. SI ars est ulla: quoniã res incognite artificiali formula nō comphendunt᷑. CVM rerum aũt natura. Negat Ci. uim esse cōiunctam cum natura rerum & qualitate: ut concludat naturam extorum penitus expertem esse talis cognitionis & præsensionis.

cognationem

ses q̃ subinde pullulabāt ualidissima securis pide ac nouū sydus longe resulget cui uelut colūnæ adamā
tinæ xpianum dogma īnititur. Cuius honori & gl'iæ uir ille singularis dies noctesq; ꝑspiciens ordinem
hūc optimis moribus & īstitutis augustissimū pia mēte sacrauit: q ecclesiæ catholicæ nō paꝝ ornamēti
hactenus adiecit. Vñ maiorē expectationē sustinetis patres imitādæ industriæ maioꝝ uiroꝝ quos ꝓpria
cōmoda mīme rspicientes sectari debetis: ne penitus degenerasse uideamini. Quo nil turpius excogi/
tari posset: & me otatutū tanti doctoris āplitudo deterret: uereorq; ne īdignus ac rudis amplissimæ uir/
tutis laudator uidear: & ad imitationē parū uehemens hortator: atq; īeptus. Etenim utrūq; mihi ꝓpo/
sui ut & ipsa laudatiōe Augustini mēoria celebret': & cæteri ad uirtutē excitētur: quā in aliis uiderint ho
nestari. Ea' orōne opus est inqt Plato quæ defunctos satis laudet: supstites benigne moneat: & filios fra/
tresq; ad ipsorū imitatiōe3 hortet'. Attamē cu3 omīo mihi currēdū sit: nec iā diutius pedē retrahere aut
intra carceres īmorari liceat admotis hinc īde calcaribus principis mei Camerarii ordīs huius augustis/
simi ꝓtectoris a quo sors mea quātulacūq; ē tota depēdet: ne aures uras castigatissimas p longa exorsa
detineā: aut supfluis demorer āmbagibus ea tātū delibabo & ꝑstringā qbus eminētissimus doctor Au/
gustinus quē tāto apparatu cōfessusq; hōestissimo & ānua laudatiōe ornatis dei & hoium dilectionē
ac memoriā nominis meruit sempiternā. Cui rerū maxiaꝝ ponderi quoniā uires meæ nō sufficiunt:
in hoc ꝑsertim clarissimoꝝ ingenioꝝ theatro: positis ut par ē genibus diuini numinis fauorē ac illud
cœlestis mānæ sacrariū iplorabo dicēs. Aue Maria. ¶ Tagastū erat ī Aphrica oppidū ubi Augustinus
modicis parētibus patritio infideli & Monicha fidei catholicæ amātissima natus est q diuina quadam
sorte ꝑditus obscuritatē natalium ꝓprio splēdore illustrauit: qd primu3 nobilitatis genus appellauit
Plato. Hic præclarā futuræ sanctitatis & cōsumatissimæ doctrinæ īdolē a teneris ānis ꝑseferens ardua
q̃dā sibi ꝓposuit: & magno mētis robore supra cōmunes uires illi' ætatis subnix' ad utrāq; ꝑfectione3
fœlicitatēq; actiuā scilicet & cōtēplatiuā: ad quā nati sumus cōparandā sese penitus erexit: ipellente ne/
cessariaq; suppeditāte patritio: ut tātæ spei filiū uideret disertū adiuuāte insup matre catholica quæ usita/
ta studia doctrinæ ad diuinā grām cōsequēdā nō nihil ꝓfutura cernebat: qs inqt ipse in secūdo uolumīe
cōfessionū nō extollebat laudibus prē3 meū? q ultra uires rei familiaris īpēdet et filio qcqd etiā longe
peregrināti studioꝝ eā opus eēt: multoꝝ eni ciuiū longe opulētioꝝ nullū tale negocium ꝓ liberis erat.
Herculeo itaq; supcilio ſptetis uoluptatū illecebris: & iis oibus ī qbus puerilis ætas lasciuire solet. Māda
uris qd oppidū nō lōge distat a Tagasto grāmaticē cæterasq; disciplinas q̃s liberales uocāt sūma inge/
nii ꝓpe diuini facilitate nullo pene docēte sic arripuit ut haꝝ disciplinaꝝ publicos ꝓfessores facile supa
uerit: & illas prius habuisse uideret' ipso teste q in q̃rto cōfessionū uolumīe sic scribit. Quicqd de arte
loquēdi & disserēdi qcqd de dimēsionibus figurarū & de musicis numerisq; sine magna difficultate
nullo hoium tradāte intellexi: scis tu deus meus qa & celeritas itelligēdi & disputādi acumē donū tu
um est: sed nō inde sacrificabā tibi: itaq; mihi nō ad usu3 sed ad pniciē magis ualebat. O fœlicē ingenii
ubertatē: O præclaras animi dotes: O fortunatū pueꝝ cui oē id qd hūanæ cōditioni optabile est beni
gna parēs natura copiose infudit. Nō aurū ꝓfecto nō latos fundos nō regna nō uestes attalicas: non
ebur: nō dimidiatos orbes ex ipso athlāte petitos: nō dibapha purpurā tripliciue cōchilio repetitā: nō
indos uniones uotis oībus optare debemus: s3 ingeniū quo Aug' ad reꝝ hūanaꝝ diuiarūq; cogni/
tionē euectus ē: sed honores quos illius mēoriæ quæ in bñdictione ē grato aīo pioq; tribuit ecclesia
fideliū: quā ille agēdo & docendo ex faucibus lupoꝝ gregē Dñicum uæsana rabie īfestātiū ut bonus
pastor eripuit: & ꝓ ouibus suis exēplo Christi aīam ponere nūquā recusauit. Ciceroni eloquētiæ prin
cipi Augustinū magna ex pte acceptū nos xpiani referre debemus: Ipse nāq; sic ait. Discebam libros
eloquētiæ in q̃ eminere cupiebā puerierā in librū quēdā Cicerōis cuius linguā oēs fere mirant': liber
ille ipius exhortationē cōtinet ad Philosophiā: & uocat' Hortēsius: ille uero liber mutauit affectū me
um ad te ipsu3 domie mutauit ꝑces meas & uota ac desideria mea fecit alia. Viluit mihi oīs uana spes
& imortalitatē sapiētiæ cōcupiscebā æstu cordis icredibili & surgere iā cœperā ut ad te redirē: nō ergo
ad liguā referebā librū illū: neq; mihi loquutionē: sed qd loqbat' ꝑsuaserat. Sexdecim ānos natus pa/
trē amisit: & ab odioso turpiq; lucro abhorrēs generosus aīus ī suo ptius natali solo deīde apud Car/

thaginē.Romā:Mediolanūq; dicēdi artē adolescētes edocuit:docebā inqt ī illis ānis artē Rhetoricā &
uictoriosā loq̄citatē uictus cupiditate uēdebā.Nō maioris q̄stus gratia relicta carthagine Romā secōtu
lit:sed fama icorruptæ disciplinæ allectus:q̄ hæc īclyta urbs quæ ois fere gentes & natiōes a barbarie ui-
dicatas excoluit:plurimū cēsebat̄.Cui Ouidianū illud i primis cōuenit.Dignus Roma locus quo de⁹
ois erat.Mediolaoēsibus claræ Rhetorē efflagitātib⁹ a Symmacho urbis p̄fecto illuc diuīa ꝓuidētia mis
sus,ē:oēm philopsophiā sic ē āplex⁹ ut illā cōdidisse poti⁹ q̄ didicisse uideret̄:dialecticē īmo iter ad reg
maxiaræ cognitōeq; expeditissimū ita calluit ut diuus ille Ambrosi⁹ Mediolanēsis ātistes & magnū id tē-
poris ecclīæ militātis columē deū p̄catt⁹ sit ut populū xp̄ianū a dialectica Aug. quē adhuc error mani-
cheoræ detinebat liberaretq; deū alloquēs i suis cōfessionib⁹ sic ait:nō erubui tūc ꝓfiteri hoīb⁹ blasphēias
meas:& latrare aduersū te.Q uid ergo mihi tūc ꝓderat īgeniū p illas doctrinas agile:ac nullo admiculo
hūani magisterii tot nodosissimi libri enodati cū deformiter & sacrilega turpitudīe ī doctrina pietatis
errarē:Monicha ꝓ filio erudissimo s; a māicheis seducto,ꝓfusis lachrymis p̄cabat̄ altissimū.Q ui tātæ
mīs:p̄ces nō ē aspernatus:misisti inqt manū tuā ex alto.& de hac ꝓfunda caligine eruisti aīa; meā cū p
me ploraret ad te mea mater fidelis tua:magis q̄ flēt matres corpea fūera.V idebat.n.illa mortē meā ex
fide & ex spiritu quē habebat ex te & exaudisti eā dn̄e:exaudisti eā:nec despexisti lachrymas eius cū ꝓfluē
tes terrā rigarēt in oī loco orationis eius.Ouerā matrē ac tanto pignore:sūmaq; laudatione dignissimā
quæ ad sūmum bonū reuocare filiū nitebat̄:filiū qppe genuisse nō satis est bonis parētib⁹ nisi ad p̄fe-
ctam imaginē penitus effingāt.Iā credebat Augustinus & uenenosus ille coluber uirus malignitatis
suæ ac liuoris euomēs:mētē iā sanaȝ recordatione prioris uitæ ac iucūde cōsuetudinis inficere nitebat̄:
Sed nil agis teterrima bælua & īuida nil agis malle⁹ erit hic durissim⁹ quo tuū caput tuoræq; qbus im-
pietatē & sacrilegū dogma ꝑsuasisti ut ad te raperes cōteret̄.Ligatus inqt erā nō ferro alieno:sed mea
ferrea uolūtate uelle meū tenebat inimicus:& inde mihi cathenā fecerat:& cōstrinxerat me.Igit̄ inter
æstus cōtrarioræ affectuū posit⁹ q̄ diu:q̄diu cras:& cras:q̄re ñ mō q̄re nō hac hora finis turpitudis meæ
cū lachrymis exclamauit tātæ,ꝓfecto molis erat tantā ecclesiæ colūnā erigere:ut Mātuan⁹ ille uates de
Romanis orbi terraræ īperaturis acclamauit.Tātæ molis erat Romanā condere gētem.Tū iqt illa grā
di rixa īterrioris dom⁹ meæ:q̄ fortiter excitauerā cū aīa mea exclamo.Q uid patimur:Q uid ē hoc:sur
gunt idocti & cœlū rapiunt:& nos cū doctrinis nr̄is:sine corde ecce ubi uolutamur in carne & sanguīe
Tādē maternis uotis & Ambrosii doctrina sanctitateq; suffragantib⁹ christianæ religonis ueritatē ade
ptus ē:& discusso erroris nubilo quo erat obductus manuq; Ambrosii fonte salubri regeneratus.Al-
ter Paulus magister æcclesiæ doctorq; gentiū post cōuersionē ac fidei christianæ assertor & hæreticæ
prauitatis acerrimus hostis factus,ē:in cāpo sacraræ scripturaræ sic equos īflexit suos:ita lacertos undi-
q; mouit:tantis uiribus athleta Christi hastā uibrauit in īpios.Tā lōga spatia ingēti spiritu tāta cōtētio
ne trāsmisit ut palmā & triūphū facile reportauerit.Q uid īcredibilius inqt acutissim⁹ ille doctor Sco
tus i secūda q̄stione ꝓlogi q̄ ut ad legē cōtrariā carni & sanguini doctores pauci & rudes:& pauperes
possent plurimos potētes ac sapiētes cōuertere:qd patet de multis sapiētibus primo fidei rebellibus
postea cōuersis ut de Paulo prius ꝑsecutore:post ea gentiū doctore & d Augustio pri⁹ p Manicheos
seducto postea doctore catholico:Matre apd ciuitatē Hostiēse; sūma charitate sepulta quæ filii salutē
ardēs:illū in Italiā secuta fuerat tres & triginta ānos natus in Aphricā transmisit:& p̄sbyter a Valerio
Hipponēsi Episcopo auctoratus sūma uigilātia & integritate uiā salutis populo reseruauit uitā cum
suis sectatoribus agēs ab apostolis institutā ordiniq; sacratissimo quo plurimū ecclesia dei censet̄ &
fulget auspiciū dedit.Tandē Hipponēsis ecclesiæ rector electus talē egit Episcopū q̄lē Paulus uas ele
ctiōis descripserat & ꝑpetuū bellū indicēs hæreticis gregem sibi diuina ꝓuidētia delegatum uigilan-
ti studio custodiuit:& ueri Pastoris baculo luporæ rabiē lōge summotā penitus deterruit.Nil huius
eminētissimi doctoris oī uita iustius.Nil cōsilio prudētius:nil aīo ī aduersis fortius:nil mēsa citra si-
mulationē uitæ seuerioris frugalius dici pōt.Ebrietas dicebat lōge ē a me misereberis dn̄e ne appro-
pinquet mihi in his tēptationibus positus.Certo quottidie aduersus concupiscētiā mādueādi & bi-
bendi de illiecebra odoræ nō satago nimis cū absūt nō requiro:cū adsūt nō respuo:paratus eis etiā semp
carere:Nouerat certe uir optimus & erudissimus postremā iniusticiā eē hoīem malū bonū apparere:

Quod

Quod ẽ a Platone scriptũ diuinitus:nouerat etiã in uinea dñi se eẽ cultorẽ ut illã uepribus obductã
nõ minus actionibus q̃ uerbis excoleret. Ad salutẽ igitur gregis sibi crediti anhelãs: & uerbis ut decet
Episcopũ cõsentaneã uitã agẽs ecclesiæ nõ minus exẽplo q̃ doctrina dies noctesq; ꝓspiciebat ut oẽs
in eum tanquam sanctitatis exẽplar & oĩuz uirtutũ imaginẽ intuerentᷣ.Nouerat ꝑfecto dixisse dñm
Vos estis sal terræ q̃ si sal euãuerit ĩ quo salietᷣ:& uos estis lux mũdi:nõ põt ciuitas abscõdi supra mõtẽ
posita:neq; accẽdit qs lucernã ut ponat eã sub modio sed sup cãdelabrũ ut luceat oĩbus q ĩ domo sũt
Tanq̃ luĩaria in mũdo inqt Hieronymus lucere debẽt Episcopi:ut ex ipsoꝝ actuũ luĩe incredulæ mẽ
tes errãtiũ ignorãtiæ suæ tenebras depꝛehendãt:& ut nõ solum uiuus sed ẽt uita sũctus ecclesiæ ꝓspice/
ret claris multiplicibusq; monimẽtis:quæ recẽsere longũ eẽt posteritati cõsuluit: fontẽq; uberrimũ re
clusit a quo tot riuuli q̃bus irrigata uiret ecclesia emanarũt: & diuinis de trinitate libris de tribus ꝑso/
nis & una substãtia disserẽs sic copiose ueritatẽ apuit:ut nil in tãta re tãq; sublimi & a sensibꝰ remotissi
ma nõ supstitiosis ingeniis sed ueritati acqescẽtibꝰ desideretᷣ. Et oẽs q in curriculo sacraꝝ litteraꝝ do/
ctrinæ nomẽ adepti sũt locos graues & sublimes Augustino prĩcipi acceptos grato aĩo referũt.Hinc
Magister ille sentẽtiaꝝ pẽdet & reliq quos breuitatis cã ꝓtereo? Tanta ẽ huius eminẽtissimi doctoris
eruditio:ut is crassioris ĩgenii merito habeatᷣ & hebetioris q eius singularẽ doctrinã auersatᷣ & dãnat:
Antistites ꝑfecto Græci ꝓclara sapiẽtia quondã subnixi publice sanxerũt in synodo apud Calcedonẽ
celebrata qd eoꝝ mõimẽta testantᷣ.ut q Aurelii Augustini scripta dãnaret anathema eẽt.Laudatᷣ mora/
lis Philosophiæ parẽs ille Socrates & merito qdẽ. Laudatᷣ diues ille Plato: cuius multiplicẽ doctrinã
suspexit ãtiqtas.Laudatᷣ artifex ille disciplinaꝝ ac ĩmẽsæ subtilitatis Aristoteles quẽ naturæ ĩterpretẽ nõ
nulli appellarũt. Laudatᷣ Musa illa attica xenophon & reliq quos ĩ multis fœlix illa ætas ut numina co
luit: hos iusta laude nũq̃ fraudabo:sed illis lõge Augustinũ ꝓponã.Naturalis qppe cognitio philoso/
phoꝝ ad salutẽ nullo mõ sufficit:illã cũ philosophis & diuinã nescio quo fato:q̃ dĩna ꝓuidẽtia illis de/
negatã cumulatissime habuit Augustinus. Varii philosophãtiũ libri de re publica. Quid ad ciuitatẽ
dei? in q̃ sic Christianos ĩstituit ut illos ad uerã fœlicitatẽ ꝑducat:finẽ nostrũ eẽ ad id ꝛgnũ ꝑuenire cu/
ius nullus finis ẽ:ingeniose cõcludẽs.Duobus tũ clarissimis luminibꝰ Hieronymo & Augustino ful
xit ecclesia:Hieronymus plurimũ linguaꝝ noticia:sacraꝝ scripturaꝝ ĩterꝑtatione multiplici doctrina
& excellẽti:necnõ sũma dicẽdi ubertate ac sanctissimis moribꝰ clarus habetᷣ & fuit. Quẽ Augustinus
ætate filius lꝫ dignitate pr̃ ut Hieronymus ingenue fatetᷣ & scribit uenerabatᷣ ĩprimis. Cũ quo certare
indecoꝝ sibi iaꝫ ducẽs Hieronymus eũ sic ep̃la monuit. Senẽ latitãtẽ ĩ cellula lacessere desine:sin aũt
tuã uis uľ exercere uľ ostẽtare doctrinã q̃re iuuenes & disertos & nobiles q possint & audeãt tecũ cõ/
gredi & in disputatione sanctaꝝ scriptuaꝝ iugum cũ Episcopo ducere. Ego quõdã miles nũc uetera/
nus & tuas & alioꝝ debeo laudare uictorias:nõ ipse rursus effœto corpore dimicare. Itaq; sanctus ille
senex cõtẽplationi deditus solitudinẽ q̃rebat & latitabat in cellulis:sed q̃q̃ Augustinus nõ minor Hie
ronymo in cõtẽplationibꝰ lõge aũt maior in actionibꝰ uidetᷣ. Tamẽ ꝑspicacissimo ĩgenio moribusq;
sanctissimis a me nõ fiet iniuria:pari uertice penetrasse cœlos affirmo:ut de clarissimis priscæ philoso
phiæ luminibꝰ Platone ac Xenophõte Gellius cẽsuit. Cæteri aũt doctores tã nr̃i q̃ externi Augustino
ĩgenii palmã tribuẽtes illũ altius ĩgrediẽtẽ lõgo iteruallo uenerabũdi sequuntᷣ. Deniq; cũ Gẽserici uã
daloꝝ regis feritas ĩ Aphricã sæuiret ac hipporegius artissima barbaroꝝ obsidiõe ꝑmeretᷣ. Quos hæ
resis arriana ĩfecerat deũ ꝓcatus ẽ Augustinꝰ ut ciuitatẽ illã hostili uallo circũdatã liberatᷣ dignũ duceret
aut si eiꝰ maiestati aliter uideretᷣ seruos suos ad eꝰ uolũtatẽ obeũdã fortes efficeretᷣ:aut certe ĩpẽdẽtibꝰ ma
lis eũ morte subtraheret: & huiꝰ uoti cõpos factꝰ septimũ & septuagesimũ ãnũ agẽs ne illiꝰ urbis direptio
nẽ uideret. Tertio mẽse obsidiõis febre correptꝰ pie ac sãcte diẽ clausit extremũ: & aĩa illa sãctissima ad
creatorẽ suũ fœliciter euolauit:ut eo ad quẽ tãto studio laboribꝰ & uigiliis ãhelauerat frueretᷣ: & hippore
giꝰ tãti Põtificis sepulchro plus hõestatᷣ ẽ q̃ regia quõdã regũ q urbẽ illã celebrarũt. Vñ Sylliꝰ & ãtiqs
dilectꝰ regibꝰ hippo. Cũ igitᷣ Augu. supra cõditionẽ nataliũ facultatesq; domesticas altius sese erigẽs &
calcata uoluptate arduũ uirtutis iter ĩgressus id omnẽ fuerit cumulatissime cõsequutus ad qd hõ na/
scitᷣ & rei publicæ Christianæ ĩprimis ꝓfuerit:& ñ minus agẽdo q̃ docẽdo ędificarit ecclesiã ut ille mã
dauit quẽ salutis nostræ auctorem cõfitemur & colimus deo cui studiose militauit: & hoĩbus quorũ
cõmodis ꝓ uiribus cõsuluit merito dilectus ẽ: & eius memoria ĩ benedictione apud deũ & hoĩes iu/

te celebrat̃ & uigetcuius uestigiis insistendũ ẽ illis q Christi militiã auspicat̃ & illos imitari exoptant quos nõ in umbraculis nemorosæ quondã academiæ Plato: nõ in lyceo Aristoteles: nõ scurrilis ille Aristippus: nõ Epicurus ĩ hortis osciãs & uoluptatis magr̃ ieptus: sed autor salutis nr̃æ Christus instituit q nobis primi parẽtis culpa errãtibus ad cœlũ iter oñdens æternæ uitæ ꝑmia reserauit: & crucis uexillũ erigẽs cõtra mũdi huius illecebras & fortũæ gladios ut nobis exẽplo eẽt fortissime dimicauit. Quẽ ducẽ sequuti maiores nr̃i ad cælestes thesauros anhelãtes mũdi huius diuitias magno aĩo cõtẽpserunt: nõ assẽtatõibus: nõ ãbitu: nõ ꝑnsatiõibus: nõ arte: nõ largitiõibus: nõ simulatõe magistratus in ecclesia dei & ꝑlaturas aucupabant̃: sed uocati a deo tanq̃ Aaron ad alioꝝ curã nõ tãq̃ ad auri aucupiũ & rapinã: sed ad opus a diuina ꝓuidẽtia delegatũ ad labores: ad ministeriũ: ad solicitudines: ad martyrium deniq̧ accedebãt ut gregẽ Dñicũ sũma uigilãtia custodirent ac reꝓmissã iusticiæ coronã acciperẽt. Maiores inq̃ nr̃i mẽores illius q dixit. Exẽplũ meum dedi uobis ut quẽadmodũ ego facio ita & uos faciatis. Religionũ fundamẽta iecerũt: deo & hõibus dilecti: qbus in uinea dñi dies noctesq̧ laborãtibus illud cõueniebat ĩ primis. Cor iusti meditat̃ sapiẽtiã & lingua eius loqtur iusticiã: ac uita functis ĩ mẽoria æterna erit iustus. Nũc aũt timẽdũ ẽ patres dicã qd sentio: & dicã liber̃ timẽdũ ẽ inq̃ patres ne religiões quotquot sũt deceptões appellẽtur: & pastoribus pecuniaꝝ loculis p nefas & nefas cõpatis auare ĩcubãtibus merito dici possit. Mortui sũt diuites & in ĩferno sepulti: deflexit enĩ ut uerbis Ciceronis utar. Iã nõ aliquãtũ sed multũ de spatio: curriculoq̧ cõsuetudo maioꝝ. Anhelãt qppe ĩprudentes & ĩdocti ad magistratus: q sũt ad alios nõ ad se. Ac uirũ oñdũt ut ẽ a philosopho scriptũ diuinitus & sic custodes cust odũ indigẽt: quo ut ĩqt Plato nil posset excogitari absurdius. Tales hoĩes põderi reꝝ nulla ex parte sufficẽtes in alto solio caligãt: & cæcus cæcũ ducit ut ãbo ĩ foueã cadãt. Toto ipetu clauũ inuadũt temerarii ut futilis nauicula saxis ĩpacta naufragio peat ac penitus dissoluat̃. Auara celeno uncis unguibꝰ raptura nũmos occupat ꝑlaturas immẽor Gregorii sic monẽtis. Scire debẽt ꝑlati qd si puersa unq̃ ppetrãt tot mortibus digni sũt quot ad subditos suos pditõis exẽpla trãsmittũt: Sardanapalũ uiuẽtes & ab dñi suo nati nõ gloriæ publica bona & Christi ꝑimoniũ rapiũt ut ꝓtendere possint aq̃liculũ: & qd paupibus diuidẽdũ eẽt abiiciãt in palatũ: & uẽtre obeso buccisq̧ sagina tumẽtibus de cõtinẽtia disputẽt: & ĩeiunio: de qbus ita querit̃ deus p Prophetã: Pastores demoliti sũt populũ meũ & pascebãt semetipsos: syllanas cesareasq̧ dictaturas imo tyrãnides nulla nõ arte sibi ꝓrogãt hypocritæ tristes aut plures ãnos habeãt ad rapinas: & sub ouillo tegmĩe lupi rapaces cõi peculio ꝓprias locupletẽt domos. O stultas religiosoꝝ mẽtes. O pectora cæca: rẽ uilissimã ꝓ aĩæ gloria cõmutamus: oblitii sumus dixisse dñm Vhæ uobis diuitibus q cõsolationẽ urãꝫ hic habetis: pr̃ ille uester Augꝰ: Cuius hodie celebritatẽ merito recolimus toxicũ eẽ aĩæ pecuniaꝝ cupiditatẽ clamat: Ecclesiasticus ita cõciõat̃. Si diues fueris nõ eris a delicto ĩmunis. Paulus Thimotheũ sic ĩstituit. Qui uolũt diuites fieri incidũt in laqueos diaboli: facũdus ille senex Hieronymus Nepotianũ sic alloqt̃: obsecro itaq̧ te ac repetẽs iterũ iterũq̧ mõebo: ne officiũ clericatus: genus ãtiquæ militiæ putes. i. ne lucra sæculi in christi q̃ras militia ne plus habeas q̃ cũ clericus eẽ cœpisti. Ignomia ẽ oĩum sacerdotũ ꝓpriis studer̃ diuitiis: quãtis sudoribus hæreditas cassa expetit̃ minori labore ꝓmissa Christi margarita emi poterat. Discat inqt Prelatus se eẽ: ex ore ꝓphetico nõ tã ad ĩperãdũ q̃ ad satigãdũ assumptũ: discat opus eẽ sarculo ñ sceptro: pace nõ bello: uirga correctionis nõ gladio punitionis. Nõ ãnus ꝑfecto sufficeret si talia maioꝝ nostroꝝ tũ gẽtiliũ: tũ Christianoꝝ documẽta recẽser̃ pgerẽ. Quapp receptui iã canẽs ad me reuertar. Nouistis eni illa Patres sed hoc in morali Philosophia nõ sufficit. nisi cognitõi & uerbis actio cõsentanea seqt̃: ad quã uos currẽtes ĩpello & hortor. Scitis patres scitis q̃ta sit facta labes: quæ nota sit inusta religiõibꝰ eoꝝ culpa q ꝓ eo certãt & digladiant̃: qd si ueri milites Christiani eẽnt: ut uideri uolũt: penitus cõtẽnerent. Iã nõ est q faciat bonũ: nõ est usq̧ ad unũ. Hæc hæc ẽ illa praua ætas atq̧ puersa quã Hieremias diuio spiritu afflatus notauit his uerbis A maiore usq̧ ad minorẽ oẽs studẽt auaritiæ & a ꝓpheta usq̧ ad sacerdotẽ oẽs studẽt deceptioni: his malis tẽporibus Virgilianũ illud accõmodat̃. En quo discordia ciues pduxit miseros. En qs cõseuimus agros: principiũ delyramẽtis Italiæ quõdã reginæ mũdi uiscera distrahunt̃. Religio nr̃a sanctissima christianoꝝ culpa contẽnitur: quæ undiq̧ squalida & lachrymis pfusa genas ad uos clamat p fesuos ꝑcat̃ uos ĩploratuos obtestat̃: uos reuocat dicẽs. Quoquo

fertis mea signa uiri? Impēdentem ceruicibus nostris ultionem cernimus. Attamē cæco impetu in preceps ruentes strictum diuinæ iustitiæ gladiū non horremus. Optimam igitur uiuendi disciplinā a maioribus nostris traditam: sed morum culpa iam labantem confirmate Patres: ne in filios diffidētiæ ac uiperam sobolem superni numinis ira descendat: & malos male pdens aliis uineam suam locet agricolis: q reddant ei fructum tēporibus suis: & in medium consulentes illius uestigiis insistatis: quem uobis patrem relicto mundo & eius mellito felle adoptastis ne prouerbium illud uobis conueniat. Canis ad uomitū suum rediit: pergite læto animo ut facitis columnæ fidei adhærētes. Quæ magna ex parte fulcit ecclesiam: & positis ad aratrū dominicum manibus retro nō respiciatis ne inepti regnis cœlestibus diuino iudicio uideamini: ac sanctæ Matris memoriā colite. Quæ prius uisceribus deinde spiritu tam clarum sydus mundo produxit: excussis uitiorum sarcinis sic expediti uiuamus ut cum dies noster aduenerit Augustini & Matris suffragio ad cœlestem pꝛiam euolemus: qua ille nos dignetur: cuius uexilla sequutus ē Augustinus: & est in omne æuū benedictus: Amen.

¶ Petri Marsi funebris oratio habita Romæ in obitu Pomponii Læti.

VEtus fuit institutum philosophicæ grauitati consentaneum uiri ornatissimi animos graui aliquo casu afflictos: & dira ægritudinis mole prostratos efficacissimis ratōibus ex uberrimo naturæ cōmunis & propriæ necnon eximiæ cuiusdam eruditionis fonte manantibus lenitos erigere: nec pati falsa illos opinione miseros esse: quibus aliquid incōmodi aut mors (qua plærique terrentur maxime) aut fortuna quæ impetu temerario grassat̄ inuexerit. Quod alioqui & uerum: & preclaro: sapientiq uiro dignissimū: acerbissimo tamen uulnere mihi cōfosso: & medicas manus iploranti repudiandū est: & affectis præcordiis poetico utendum. Cuius proprium & fuit: & ē addēdis lachrymis augere merorē & recēsendis malis: quibus opiniōe ita suadēte laborat̄ ad cōsolationis locos p formulas laudatiōis adrepere. Quis enim cōstantiam sic natura inchoatā: & diuturno multiplicique rerum usu ita corroboratā habere posset ut tanti uiri: quātus Pōponius cōmunis & doctor: & magister fuit interitu temparet a lachrymis? Non est profecto humanū pectus qd hūanis casibus nō tangitur: & iacturis. clarissimos uiros ad bene de multis immo de omnibus gentibus: & nationibus promerendum facillimos profusis lachrymis q̄rula uoce: crebrisque singultibus deplorare par ē: nō qdem ipsoꝝ gratia: cum qbus tam præclare actū est: semperque agetur: sed supstitum q eximia: & singulari quadam institutione priuantur. Qua iactura bonis ingeniis ad suum cultū sūma contētione anhelātibus nulla maior excogitari posset. Qualem terrarum & gentiū semp clarū lumen: & inclyta bonaꝝ artiū parens: & altrix Roma huius cōsumatissimi uiri nobis nō illi acerbo casu nūc deplorat: & patitur. Quid eni hoc in ea quam profitebatur disciplina eruditius habuit Italia? qd Roma p̄stantius? Quid latini eloquii cādor antiquus? Hic Romanā linguā barbara ingnatione pollutā cū nescio qd geticū blapteraret & uandalū penitus expurgauit: & lōgo post liminio reuocatā prisca iterum dignitate: ac iure latii benignissime honestauit. Hic ueteres ritus prudētissime ac religiosissime īstitutos: uerū longa tēpoꝝ īcuria: & quadā ingenioꝝ hallucinatiōe obsoletos: & oblitteratos cōi huic patriæ plurima sedulitate restituit: proque uiribus & auxit: & celebrauit: ut grauissima litteratoꝝ sodalitate: collegioque augustissimo nil celebrius hac etate Romuli posteritas uiderit. nilque iucūdius & sūptuosius q̄ sua parilia publico cuiusque ordīs gaudio spectata recognouerit. In tātis qppe antiqtatū tenebris etiā Pōponiani p̄ceptores uersati sūt ut triūphalē pompā q̄ nūc imago Saluatoris nostri Iesu xp̄i ac triūphatoris inuictissimi decorat̄. & e sacro Lateranēsi adyto ad exqlias nō minori scitate q̄ lætitia populi Romani deducit̄ prisca quedā orgia eē ore quidē (pace illoꝝ dixerim) duriusculo asseuerauerit. sed de his hactenus: Pōponii multiplices dotes atque āplissimæ Ciceronē Romani eloquii sine cōtrouersia principē iure ac merito laudatorem exposcerēt. Quapp non laudandi (qd meæ facultatis non est) sed testandæ pietatis gratia optimi ac sapientissimi uiri (cuius uerēdum ante oculos positū cadauer sine lachrymis intueri non possum) cumulatissimas uirtutes corde ut decet mœsto: & uerba impediente singultu delibabo. Ne

mea q̄licūq; laudatione careat tantum funus: & ut ego nō mō igratitudinis: uerū & impietatis crimē effugiam. Nam qcqd eruditiōis est in me (si mō aliqd est ego aūt sentio q̄ sit exiguum ac pene nihil non doctoris quidem culpa sed mea) eminētissimo uiri huius ingenio: cōsumatæq; doctrinæ grato aīo acceptum refero & nūc fateor. & quo ad uixero fatebor ingenue. Quē tāti uiri casus non solum mouet: uerū penitus affligit: & nil æque me angit q̄ q̄ magno dolori paria uerba reperire: uulneribus mentis parem multum effingere nequeo. Laudatio quæ uia q̄dā & ratione pgreditur & cōibus utitur: & propriis. In his tñ uera laus illa fortunæ. Ingenio hæc tribuūt & industriæ. Nostri qppe natales patriā: nationē: parentes atq; maiores eligere nequeunt. Qui aūt: aut quales esse uelimus: & in quo genere uitæ cum decoro uersari & exerceri iuris nostri ē atq; arbitrii. Hinc cōmēdatio: hinc probrū: hinc nominis: & famæ celebritas: hinc uitæ silentium: tenebræq; diffunduntur: & surgunt.

℄ Dianium Lucaniæ oppidum est: qd loco nomen a diana inditū in cuius ueluti sacrario quodam & luco Pomponius noster quasi recens quidā Artemidorus natus est. Inclyto qdem patre Ioanne sancti Seuerini & Marsici (ut nunc appellant) comite. Cuius filius Robertus Pomponii fraternatu maior: & de more successor ac hæres primus ex ea familia proauorū imag ībus ornatissima Salerni principatū paternis & auitis opibus: titulisq; adiecit: Pr̄ huius principis: Pōponii nepotis quē fortunæ iniuria e pricipatu deturbauit: eius nāq; prudētiā: roburq; mētis oīno præfractū turbo bellicus bis expēdit Pomponius odiis atq; insidiis nouercalibus ob clarā indolē quā puer a natura optime subornatus: atq; instructus præse ferebat fatigatus: atq; offensus: & a teneris unguiculis ad maxīa quaque suspirans nōa cōmunibus claritatem: sed a ppriis celebritatē atq; splēdorē diuino quodā generosæ mentis pposito indagauit. Illos imitatus q ut disciplinas toto pene orbe fugiētes tandē assequerētur ppetuum sibi exilium indixerunt. alter quasi Anacharsis. Qui atticæ humanitatis ardore incensus & ciuilitatis: Athenas p tot maris discrimina nauigauit: & regiis insignibus magno aīo contēptis deducente Toxari Solonis hūanæ: diuinæq; reꝝ sapiētia id ætatis inclyti: reiq; publicæ prudētissimi moderatoris legumq; latoris cōsultissimi: & hospes & discipulus factus est. Et enī cum uix ex ephebis Pōponius excessisset claꝫ patria cedēs ī Siciliā eo aīo transmisit ut ea demū subiiceret oculis: quoꝝ adumbratā notitiā puerili quodā auspicio: & Virgilianis lectionibus de sylla charybdi: ac Aetnæ incēdiis pceperat & eoliis eo certe generosi spūs adolescens ardore flagrabat q nobiles quondā phōs naturæ uenatores atq; īterpretes & musaꝝ phœbiq; quondā sacerdotes pioscq; uates: ut tantas felicis insulæ dotes: & uulgata miracula pspicerēt inflāmauit. Lustrata Sicilia: & locoꝝ natura p captu ingenii explorata Laurentii uallæ clarissimi oratoris fama excitatus est: atq; īpulsus. Quapp ne iacturā tēporis faceret (quā ille sp duxit maxīaꝫ) nauigio Romā se cōtulit & Vallæ primū: deinde illo uita hōestissimæ defuncto tēporis monimētā nō remittēs Petro mōtopolitæ cuius cœleste ingeniū ī poetis enarrādis habebat' id tēporis eā dies noctesq; nauauit operā: tātūq; lacertos ī litteraria palestra strenuissimus tyro mouit: tali sollertia trabalē ī stadiis apollineis: & mineruali harena uibrauit hastā ut primum inter cōdiscipulos locum facile optinuerit: & Pauli pontificis maximi: prudētissimiq; iudicio ac iussu illis efflagitantibus qbus Pōponianū acumen & sublimes q̄si supra hoieꝫ cōmētatiōes notæ: erāt in albū doctoꝝ relatus organū illud rhetoricū naturæ māibus cōcinnatū sic inflauit ut oīa gymnasia: atq; oīs Italiæ conuentus: cūctas deniq; gentes: & nationes Pōponiana uox puagata sit: oīumq; uicissim linguæ Pōponianū nomē resonarint. Alter quasi ætate nostra clarissimus & uiuēdi & dicendi magister Isocrates. Cuius domus: ut uerbis Ciceronis utamur ueluti ludus quidam patuit: atq; officina dicendi: e cuius umbraculis plures disciplinaꝝ antistites pdierūt q̄ belloꝝ duces ex equo illo troiano descēderit Diligētissimus tēpoꝝ custos: & disertæ antqtatis pcipuus amator & cultor habitus ē & fuit. Domū qppe in qrinali iugo: cōstātinianisq; thermis cōparatā hōestissima Romanæ iuuētutis cæteroꝝq; studiosoꝝ uiroꝝ frequētia excoluit sublimia prudēter euitās: ut & libertate ad quā nat' erat frueret': & aditū oēm uiolentis ac fallacibus fortūæ ictib' pcluderet. Qui nanq; marmorib' tāto negocio effossis: & lōge maiori aduectis regias extruūt: & puario cæli statu nūc solē oriētē nūc occidetē: nūc austrinos tēpores: nūc gratū boreæ rigorē celatis & laqueatis cœnatiōib' excipiunt & turriuꝫ sublimitate cœlo minantur

minantur

minantur & astris grauiorem sibi casum parant:& ludicro fortunæ se exponūt quæ infima summis
& summa iofimis mutare lætatur. T enuem & frugalem(citra sordes)Pomponii uictum nō depra
uatæ opinioni:sed moderatæ uoluntati ac naturæ conuenientem qs nō nouit? Sciebat certe uolupta
tem docto hoīe non indignam a se ipso non a pretioso:& multiplici popinarum nidore petendam
esse.Ciborum ganeata & iucunda condimenta esse famē. Laborando demum & sudando pulmen/
taria studiosis uiris honestissime comparari.priscos laconū ritus genere uitæ comprobauit q publica
conuiuia qm̄ parsimoiæ iuuentutem insuescerēt pbiditia nō nulli uero a cōitate ciborum syssitia no/
minaruot.Faciles mores : & æquitatem simplicitate conditam qs non admiratus est? Nemini quippe
nocens nunc nionendo:nunc docendo: nunc consolando:nunc scribendo profuit omnibus.Et ut
animi generositatem nullo terrore concussam fortuna ludum insolentem ludere pertinax ut Lyri/
cus poeta cecinit:& sæuo læta negotio exploraret consumatissimum uirum hunc aliquando uellica/
re nixa est:sed id hactenus egit ut Pomponii nomen in omni genere uitæ ac fortis conditione clare/
sceret. Vlyssen denicq Homericū imitatus est.nā felicitatē ñ minimā ducēs si polytropos fieret:idest/
si mores multorum hominum uidisset:ac urbes:ad ipsum septentrionem de quo mira quædam::&
quasi supra fidem studiose legerat acri animo conuersus charinthiorum:ugroruz:polonorū:ac rus/
sorum finibus peragratis tataros attigit. & ad peucen flectens iter scythici arcus formam in euxino
ponto cōtemplatus est & ad montanos peonas: macedonesq spectandarum regionum auiditate di
uertens egeas insulas uadacq prospexit. Ad summam Antonini cæsaris exemplo confectis cōmen/
tariolis:& itinerario:suam Romam: cuius ob iucundissimam.& honoratissimam Romanorum ciui
um(a quibus ut numen semper cultus est)consuetudinem desiderio uel maximo tenebatur auide
reuisit.Sed inquies animus tam longa:tamq difficili peregrinatione non contentus: non fessus ut
urbis natalem a se renouatum:ac religiose celebratū poetica laurea honestaret:ac posito ingeniis præ
mio ardētes animos inflāmaret annuente Xyxto quato pontifice maximo ut id de more ac uetusto
iure codicis facere liceret:media hyeme calcatis germaniæ niuibus: & alpiuz pruinoso uertice ritu her
culis expugnato imperatorium diploma emeruit.Laboribus.& pecuniis pro facultate nō parcens ut
Romanæ gloriæ pariter:& bonori academiæ nostræ consuleret: efficeretq tandem ut prætextato pu/
dore insignis & læta bonarū artiū studiis Romana pubes cuius eruditioni ac pudicitiæ paterna chari/
tate dies noctesq prospexit Atticū illud lyceuz & academiæ illustrata nemora Ptolemæū:& Poecilen
nō magis picturarum uarietate q̄ stoico supercilo illustrem & cætera id genus celebrata quondā mo/
nimenta paruni uel nihil desideraret:pietissimam Pomponii mentez& xpianæ ueritatis:ac religionis
obseruatissimā fuisse huius sodalitatis cui erat initiatus:atq adscriptus statæ cerimoniæ solemnesq te
stantur.quas uenerabundus populo spectaute p cōmuoi eruditione ac bono frequentauit. Testis est
illa sacratissimæ uirginis matris uenerāda imago quā ipse græco nomine quirinalē panagiam appel/
labat:Cuius sacellum omni genere honoris & cultus docta & pudica discipulorum caterua stipatus
decorabat:ut eos uere sapientiæ initium edoceret. Testis est religiosissimus uitæ finis cuique uel san/
ctissimo uiro consentaneus:& conserēdus .Diuinis quippe fulctus uiaticis insignem sapienti pietate
spiritum quinq illa dominica talenta superlucratū uolens ac libens creatori reddidit. Sciebat eni uir
sapientissimus mortem non esse miseram nisi aut profligatis moribus:& a fidei ueritate auersis.aut
qbus inuitis legitimus eam rigor intulerit. ipse uero a pueris bene uiuendo bene mori didicerat.Hi
sunt Pomponii ducis nostri celebres natales:hæc uita:hi mores:hæc pietas hic ad cumulum feliċtatis
optādus exitus:hæc spatia hōestissimo labore decursa.In quibus mœstus aīus quocūq se uerterit nō
mediocre solatium reperit. Non enim multum refert unde quis oriatur:aut q̄ diu uiuat:sed q̄bene
Doctrina inquit Horatius uim promouet insitam.rectiq cultus pectora roborat:utcunq defecere
mores indecorant bene nata culpæ. V nus dies eruditorum(ut sapiētissimus usurpare solebat Pos/
sidonius)plus patet:q̄ imperitorum longissima ætas.Natura parēs nulli se facturam suæ necessitatis
gratiam uerbis subinde testatur & rebus .Aequissimo tunc animo appetenda mors est cum suis se
laudibus uita occidens consolari pōt. Immaturus finis:aut inhonestus uiro sapienti contingere ne/

quit:& i florẽtissimo uitæ curriculo i æternæ maiestatis nutu acqescere:nec ñ i media honestissimorũ studiorꝫ celebritate necessario mortis somno cõsopiri summa feliotas & habetᷣ:& est:I ccirco siccatis lachrymis:& nube frontis abstersa ut rõ paulatim se colligens iã exposcit Pompnnianæ felicitati gratulãtes applaudamus:quã nulla unquã uetustas labefactare ualebit: paternas & auitas Lucaniæ opes: atqꝫ salerni fortuna sæpe afflixit & Pomponii nepotẽ tãto quondaꝫ principatu subnixum crebris tñ exiliis diuexatum gallicos olim panes quasi mendicare coegit:& nũc ad senogalliã deiectum Venetos fauores ambire compellit. Ad Pomponii uero signisen nostri gloriam longe lateqꝫ diffusaꝫ illius furor adspirare nõ poterit. Et qm̃ non ea solum oratione opus est:quæ defunctos habunde laudet:sed & superstites benigne moneat:& bonarũ artium studiosos adolescẽtes q̃si hæreditarios filios ad imitationẽ hortetᷣ:pinde Pomponium talem ac tantum eruditionis parentẽ:ueræqꝫ nobilitatis ac felicitatis auspicacissimum ducem uobis imitandum ꝑponite iuuenes qad animi cultum Romam uenistis:ad quos ueluti filios iam perorationeꝫ conuerto meam. Quid igenii uires non ad inanẽ & fluxam:sed solidã & stabilem gloriam ualeant hinc discite: fortunæ temetitas regna donat: illaqꝫ aufert ad libidinẽ. Sapientia uero profunda & solida mole nixa loco semp hæret:gradumqꝫ constãter & obnixe retinens fulget in tenebris:& alienis nunq̃ sordibus obsolescit. Vos uos urbis alũnos uosappello:& ut tanti uiri uestigiis pio animo insistatis q̃ maxima possum uoce cõtendens hortor & moneo. Parilia uestra tanto Pomponii studio renouata & culta excipite:ne lucanos Roma sibi adoptet: ac celebret filios:uos aũt ueluti desides priuignos atqꝫ degeneres auersetur & dãnet:& si grati eẽ uultis(qđ maxime uelle debetis)Pomponii memoriã colite:qui ut Romanum nomẽ illustraret regni opulentiã: delitiasqꝫ cnntẽpsit & quirinalem urm incultũ prius atqꝫ desertum sceptris auitis generosa mente præposuit: & ouidianum illud usurpare imprimis lætatus est. Dignus Roma locus quo deus omnis eat. In preconia igitur Pomponii Ciceronis elogiuꝫ illud de Varrõe grato animo repetẽtes dicite. Nos i nostra urbe peregrinantis errãtisqꝫ tanq̃ hospites tua studia:& lucubrationes q̃si domuꝫ deduxerũt:ut possemus aliq̃n quit:& ubi essemus agnoscere. Tu ætatẽ patriæ:tu descriptiones tẽporũ tu sacrorum iura:tu domesticam:tu bellicam disciplinam:tu sedem locorum:regionũqꝫ:tu humanaꝫ diuinarũqꝫ reꝫ nomina genera: officia:causas aperuisti plurimũ quidẽ poetis nostris omninoqꝫ latinis & literis luminis:& uerbis attulisti. His & talibus Pomponii de uobis optime meriti nomẽ uenerantes uota mecum concipite ut nitidissimus ille spiritus emerito cœlo perfruatur. Illo annuente cui se Pomponius uiuens moriensqꝫ probauit:& est in omne æuuꝫ benedictus. Amen.

¶ Venetiis per Lazarum Soardum die penultima Nouembris. M.D. VIII. qui obtinuit a Dominio Veneto ꝙ nullus possit imprimere:nec imprimi facere in eoruꝫ dominio sub pœna ut patet in suis priuilegiis. FINIS.

EXCVSATIO LAZARI.

Si quid forte tuos offendet lector ocellos
Quod mihi mendoso grãmate uersus eat:
Emendare uelis:nam non me Lazarus istis
Confecit mendis Bibiliopola tuus:
Sed turbata magis pressoris inertia quando
Sera dedit lassas artibus hora manus.

¶ Sola uirtus uincit omnia.

Registrum.

A

Illustria monimenta
Petri Marsi recôcin.
Marci. T. C. de diui.
excellentissima uirtus

B

prudentia. Quo
fluerent atq;
conformatio line.
ueritate cārumq;

C

Leontium cōtra
celsæ curibus
cuiusdam fuisse
non colant:

D

alantur &
teneatur: pſertim
Scite enim
est enim plena

E

quodam pacto
in medium locum
uehiculum argo.
temere de mundo

F

conficiunt
interpraetes ac
cum primis

G

Primum: ut
Nam fauni
conformatū putarē

H

quid Vulcano
forum sentit
hoc homine

I

prima alba
Vetus opinio
autoritatem pytha.
aīaduersa &

K

Erīnæ post
persecutus est
extitisse: eodēq;
Mater optima

L

Neq; solum
Curantes magna
natibus contingit
nis quædam

M

nulla fortuna est,
nulla est. Sin
.cognationem hñt
Nam dum haru∫p.

N

iuge auspicium
clarissimarum
eosdem esse
prestantius: neq;

O

explodatur hæc
funguntur erudiens
& est. Vir. n.
Augustinus nunq̄

quin. x car. iii.

Qui ducis uultus: & non uides ista libenter:
Omnibus inuideas liuide nemo tibi.

Fata regunt finem: spero dii cœpta secundent.
Nemo confidat nimium secundis.

LAVS DEO OPTIMO: MAXIMOq;.